



18xnl.

in Ton QK.

II' K 990.



dupl. H.



JOANNIS FRIDERICI
Höpners,
OSSIENSIS, J. V. CAND.
SCHEDIASMATA DVO JVRIDICA

DE

TVTELA
PACTITIA
ET DE *Ke 4577*
TVTELA NATVRALLI.

EX OFFICINA GABR. TROGIL.
Anno 1731.

1907 S 109a

K
SCHEDIASMA
DE
TVTELA PACTITIA.



VIRO ILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO,
DOMINO
MATTH. HENRICO
ALLIO,
JCTO FAMIGERATISSIMO SACRAE
REG. MAIESTATI POLONIAE ET PRINCIPI
ELECTORI SAXONIAE IN SENATV
AVLICO CONSILIARIO SPLEN-
DIDISSIMO

DOMINO, PATRONO ET
COGNATO MEO OBSEQVIOSE
VENERANDO

HASCE STVDII JVRIDICI PRIMITIAS
EX SINCERO OBSERVANTIAE
AFFECTV
ET SPE
PROPENSIONIS BENIGNISSIMAE
CONSEQVENDAE
SACRAS ESSE VOLO
ET
VELLE DEBEO


JOANNES FRIDERICVS Höpner.



CAP. PROEMIALE.

SUMMARIA.

Communis divisio tutelæ in Test. Leg. & Dat. ex definitiōne illius defumta impugnatur, 1---4 & quarta sc. pæctitia adjicitur, 5. 6. Votum, 7. Capt. benev. 8.



Definitionem tutelæ, quam PAU-
LUS l. I. ff. de Tutel. nobis suppe-
ditat, & ipse sacratissimus JUSTI-
NIANUS in suis Institutis §. 1.
cit. Tit. adoptavit, mira quadam
gravitate & fere theatricalibus ver-
bis esse conscriptam, quis est, qui
negare velit. Nihilominus tamen 2
multi DD. in hac definitiōne resolvenda & explicanda sva-
viter somniarunt, & se, quod pueri in faba, reperisse pu-
tarunt, cum ex ultimis verbis: *Jure civili data atque* 3
permissa, triplicem tutelæ divisionem, ab omnibus prodi-
tam, exculpserint. Nam per vocem: Data, legitimam, 4
& per vocem: Permissa, testamentariam atque dativam

A 3

indi-

indigitari, unus & alter tradit, quasi unus in alterius verba jurasset. vid. **GOTOFRED.** ad c. §. **POMMERESCH**
5 ad. *Inst. cit. tit. §.* Quod me attinet, exercitii causa, non quidem animo novaturiendi, sed potius veritatis amore ductus, his tribus enumeratis tutelæ speciebus ad-
6 huc quartam, nempe Paetitiam adjicio, de qua ejusque existentia & affectionibus in duobus Capp. paucissima pro
7 ingenii modulo sum enarratus. Tu autem, Jehovah, tutelam, quam in verbo Tuo omnibus pactus es, mihi
8 etiam praesta: Tuque, Lector, quisquis demum fueris, honorandissime,

*Qui legis ista, Tuam reprehendo, si mea laudas
 Omnia, stultitiam, si nihil, invidiam.*

CAPUT. I. De Tutelæ Paetitiæ Existentia.

SUMMARIA.

Ratio instituti, 1. Scripta huic doctrinæ contraria, § in hoc Cap. refutanda recensentur, 2 -- 8. Thesis vera proponitur, 9. 10. § probatur I) ex jure Rom. § quidem α) ex illius analogia, II -- 14. ubi datur exemplum. 15 -- 20. Removetur l. obſt. 52. C. de Cler. § Episcop. 21. -- 23. ε) ex §. 9. J. de excus. qui adducitur, 25. recte inter se connectitur, 27-33. § per casum formatum illustratur, 34 -- 39. ν) ex l. 29. ff. de Leg. Com. de fals. que adducitur, 40. sq. explicatur, 43 -- 46. § casu formato ad probandum

dum adhibetur. 47 --- 55. Quid per pactum hic intelligatur? 56 --- 59. d) ex l. 15. §. 1. ff. de excus. quæ adducitur, 60. ab interpolatione adversariorum vindicatur, 62 --- 68. E) per D D. verba explicatur. 69 --- 75. An plures leges ex Jure Rom. expeditari possint? 76 --- 79. II.) ex Jure hodierno, E) quidem a) ex receptione Juris Rom. ubi late cum dissidente Hillero disceptatur. 80 ----- 100. C) ex praxi, quæ apud Rom. fuit infrequens, 101 --- 110. apud Germ. priscos usitator, III. E) quandoque apud nos utilis, 113 --- 15. id quod per casum practicum illustratur, 116 ----- 124. y) ex autoritate Stryckii, 126 --- 133. Glafey, 134. Kemmerichii, 135. Leyseri, 137. Conclusio. 138. --- 141.

NE quis forsan tutelam pactitiam ceu chimæram atque non entem consideret, adeoque illius affectiones non dari opinetur; existentia illius ante omnia erit evincenda. Priusquam vero id, quod res est, aggre-
diar, non possum non duo schediasmata, quæ contraria sententiam fovent, allegare. Prius est Dissertatio Episto-
lica de Tutela Pactitia, oder Vormundschafft, so aus Zusagen entstehet, ad Wolff. Ad. Schäff. exarata ab A D. FR ID.
GLAFEY, hodie Aulae Saxonicae Consiliario & Archivario gravissimo, viro per sua scripta undiqueque celeberrimo:
Iste illustris Auctor tantum quoad Jus Romanum in con-
traria inclinat sententiam. Alterum insignitur titulo: Figmentum tutelæ speciei quartæ, Pactitiæ sive Conven-
tionalis, discussum a CHRIST. HERNR. HILLERO,
hodie Würtemberg. Consiliar. Procurat. Trib. Tubing. Af-
fessio-

6 seffore & Pr ofessore Tubingensi. Hic scriptor plane in ca-
 stra dissentientium abit, atque sententiam meæ e diamet-
 tro oppositam mirifice sustinet. Sicuti autem hæc eru-
 ditorum lumina scripta citata in flore juvenili elaborave-
 runt; ita, ut spero, neque isti Viri, neque alii vitio
 vertent, si ipse in tali æstate constitutus, non habito illu-
 stris, in qua nunc positi sunt, dignitatis respectu, hæc
 9 scripta refutare aggrediar. Levato igitur velo, & sine ulterio-
 ri verborum ambage hanc Thesin *Tutela pactitia da-
 tur jure Romano & hodierno*, verissimam judico,
 10 & legibus confirmatam sisto. Cum autem in thesi pro-
 posita asseruerim tutelam conventionalem non minus jure
 Rom. quam hodierno esse fundatam, unumquodque ho-
 rum diversorum jurium separatim erit evolvendum.
 11 Quod igitur jus Romanum attinet, *Dn. HILLER*, quidem
 l. c. membr. I. §. 8. hanc tutelam non solum *præter*, sed
 12 quoque *contra* jus nostrum civile statui affirmat; Sed
 bene sciendum venit, quod definitiones iuridicæ non tam
 ex ipsis legum verbis, quam earum rationibus elici debe-
 13 ant; quapropter, quamvis non ipsum T. P. nomen in le-
 gibus occurrat, tamen ejusmodi divisio analogiæ juris ma-
 xime convenit, id quod ipse *Dn. GLAFÉY* l. c. p. 5. con-
 14 fietur. Alias enim quoque in nostro jure haud inusita-
 tum est, ut τὸ pactitium cum testamentario legitimo &
 15 dativo conjugatur. Exemplum ab executionibus testamen-
 torum desumptum in mentem venit. Tales enim testamento
 16 constitui posse nemo unquam dubitabit; v. c. 3. x de
 17 testam. legitimi occurrunt certe quoad pias causas in nov.
 18 13. c. II. dativi in materia alimentorum obveniunt, l. 3.
 ff. de

ff. de alim. vel cib. leg. Conventionales denique sive pa- 19
 citii in nostris legibus quoque adducuntur l. 12. §. ult. l.
 13. mand. vel contr. Eadem ratione quadripartitam divi- 20
 sionem tutela patitur; Graviter quidem obstat videtur 21
 l. 12. C. de Cler. & Episc. a Dn. HILLERO §. 2. allata, ubi
 sc. tres communiores tutelæ species aperte recensentur; sed
 hac lege penetius perspecta facile apparet, quod ista immu- 22
 nitatem clericorum a gerenda tutela proponat; cum autem 23
 hæc immunitas ad T.P. non quadret, quia illa non nisi spon-
 te suscipitur, adeoque immunitatis privilegium hic cessat;
 etiam merito in cit. l. 52. mentio T.P. est omissa. Ut au- 24
 tem huic doctrinæ major lux affundatur, leges hue facien-
 tes recensebo. Affero autem primum §. 9. J. de excus. tut. 25
 vel cur. cuius tenor ita legitur: „Item, si propter ini- 26
 micitas aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc „
 ipsum præstat ei excusationem; sicut per contrarium „
 non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pu- „
 pillorum promiserant. „ Hic Sphus habet duo membra, 27
 quorum prius usque ad vocem: *Excusationem*; po-
 sterius vero usque ad finem se extendit. Hæc utrum in- 28
 ter se cohærent, inter utrosque Dissidentes, & qui-
 dem Dn. GLAFÉY p. 3 & Dn. HILLER §. 9. & me ad-
 huc multum disceptatur. Hi enim istius Sphi partes fir- 29
 mo connexas esse vinculo contendunt, ut eo sörrius col-
 ligere queant, quod, quia in priori membro tutoris te- 30
 stamento dati mentio facta fuit, ille tutor quoque, qui
 in altero membro tutelam promiserat, ob textus cohæ-
 rentiam pro testamentario sit reputandus. Sed ante omnia 31
 lis adhuc sub judice pendet, annon Imp. in hoc §. duas
 diversas doctrinas proponere voluerit, præsertim voca- 32
 bula

bula textus : *Sicut per contrarium*, oppositionem quandam involventia, non de unius ejusdemque generis tute ore hic tractari probabiliter evincunt. v. DIETHER. Thes. pract. Besold. contin. voc. hinwiederum. STRAUCH. lex. part. jur. voc. *E contra.* Sed cum hæc controversia intricior esse videatur, ambabus, quod ajunt, ulnis largior, quod non de duobus, sed uno tantum tute ore agatur; videamus interim, quid exinde fluat. Casus sc. concessam hypothesin necessario sic formari debet: Aliquis promisit, se tute ore fore; pater pupilli fiducia plenus de hac tutoris electione in ultima voluntate sua mentionem injicit; deinde vero acres lites inter testatorem & 36 promittentem seruntur; tutor igitur conventionalis nunc querit, an inimicitæ post conventionem ortæ, ipsi legitima in præbeant excusationem? Respondet Imp. *in cit. f.*

37 Est quidem certi juris, te, qui cum defuncto rixas sovisti, a tutela liberorum ipsius immunem futurum fuisse,

38 si pater te tantummodo in testamento designasset; sed cum in illo iuxta repetitio tui pacti de suscipienda tutela fuerit facta, tu non pro testamentario, cui sc. regressus patet, tute ore censendus, sed pro conventionali, adeo que te oportet promissis stare. En tibi, B. L. insignem T. P. effectum, cum sc. illa adhuc majorem producat obligationem, quam testamentaria, quæ quidem ipsa cæ-
40 teras tutelæ species præcellit. Sed hunc textum missum facio, & adduco *l. 29. ff. de testam. tut.* cuius locum parallelum quidam faciunt *l. 18. ff. 1. ff. de leg. Corn. de fals.*

41 *ff. de SCto Libon.* Sed cum utraque lex in causa principali satis probet, priorem tantum appono. Sic autem 42 Papinianus: „Ex sententia SCti Liboniani, ait, tutor non erit,

erit, qui se testamento pupillo tutorem scripsit. Cum autem patris voluntas hoc ipsum manu sua declarantis ambigua non esset, eum, quamvis alii tutores essent, curatorem dandum respondi, nec admittendam excusationem, quam jure publico habebat, quoniam NB. promisso videbatur, nec ut suspectum removeri. Quod 43 Dnos adversarios concernit, illi, & quidem *Dn. GLAFY p.4 Dn. HILLER membr. I. §. 10.* circa hunc textum eundem movent scrupulum, quem circa priorem: vocabulum enim: *testamento:* sua opinioni patrocinari opinantur. 44 Sed cum supra ostensum fuerit, ejusmodi tutorem, qui in 45 testamento nominatur, non præcise pro testamentario haberet, alias excusationes tutori testamentario competentes eidem non forent præclusæ, atque denegatae; ulteriori 46 refutatione hic volens supersedeo, & hoc vocabulum potius enunciative s. narrative, quam dispositive s. constituentia gratia, positum esse anno. Ceterum ut 47 *Evègyma* argumentandi, in vocibus: *promisso videbatur,* clærior elucescat, sequens casus erit singenus: Aliquis, cui copia testamenti scribendi data fuit, 48 se ipsum tutorem pupillorum scripserat: *Quare batur:* an ille tutor tutelam refinere debeat? Pro negativa militabat S^TCum Libonianum ex hac ratione, quia ille suspectus esse præsumitur, qui ultro tutelam affectasse videbatur, *I. 18. §. 1 ff. de Leg. Corn. de fals.* Affirmativam autem sententiam amplectitur JCtus, adjecta ratione: quia promisso videbatur. Quod si 51 igitur hæc vitiosa tutoris constitutio, quam si iuri 52 rigorem attendas, lex Cornelia acriter vindicandam

sibi sumserat, per fictionem pacti præcedentis sanari po-
 53 tuit; alveo pleno fluit, quod ipsum verum pactum hac
 54 de re initum Jure Civ. minime sit improbatum. Absur-
 dum enim esset, aliquid inutile per aliud inutile sanare
 55 velle; ratio potius dicitat, quod semper plus sit in veri-
 tate, quam in fictione, arg. t. t. C. Plus valere, quod
 56 ag. Et c. Hoc autem adhuc maxime notandum habeo,
 quod vox: promisisse: Semper cum effectu sit accipien-
 57 da. Haud enim ignoro, id quod etiam Dn. HILLER
I. c. §. 8. circa fin. vehementer urget, simplicem sc. pro-
 missionem apud Romanos cærimoniarum fautores nullam
 58 habuisse efficaciam, *I. 15. ff. de V. P.* quia autem hæc no-
 stra promissio suam vim exerit, subintelligitur, solemnem
 stipulationem aut potius pactum legitimum præcessisse;
 59 pactum autem tutelæ suscipienda inter legitima pacta es-
 se numerandum, optime docet Ill. Dn. LEYSER in saepius
 60 abs me citanda *Disp. de Tut. Pacf. §. 15.* Hæc itaque de
 ista lege altera dicta sunt, cui supperaddo *I. 15. §. 1. ff. de*
excusat. verba illius legis, prout Jctus M O D E S T I N U S
 61 illa prodiit, sic se habent: „Qui patri promisit, se fore
 „tutorem liberorum, excusari ab hac tutela non potest, et si
 „aliter habet jus excusationis. His verbis quid clarius, quid
 62 apertius, quid denique mea opinioni conformius excogi-
 63 tari possit aut reperiri, dispicere nequeo. Illa enim sua luce
 coruscant, & Ben. Lectorem sciendi cupidum fore credo,
 quidnam solidi Dnn. Dissidentes contra hunc textum
 64 sint prolaturi. Sed haud negare possum, illos hic cum
 65 tutela nostra iniquius agere; Ad firmandam enim suam
 hypothesis asserere haud dubitant, quod post vocabulum:
liberorum, hæc verba: *E a patre testamento con-*
stitu-

stitutus est: interpolari debeant, ut adeo tutor, de quo sermo est, qualitatem testamentarii induat. Ast hoc 66 modo Palladium mihi meum non eripient cum textui aliquid insuant, de quo compilatores Pandectarum ne iusta quidem tradiderunt. Anxius equidem & meticulosus 67 unum alterumque commentatorum evolvi, dispiciens, quisnam pro illorum sententia staret, & tam duram ellipsis statueret. Sed neminem inveni, neminemque hujus 68 assertionis defensorem fore facile crediderim. Econ- 69 trario pro me tuendo allegare possum acerrimum istum juris textuum indagatorem, GOTHOFR E D U M , qui ad cit. leg. in not. sequentia necit axiomata: Promissio 70 tutelæ gerendæ retractari non potest: Post eam promis- sionem non est excusatio a tutela. Sic porro felicissimus 71 Pandectarum commentator, BRUNNEMANNUS, ad eandem leg. 15. hunc textum sic παραφεγγεῖ: Licet quis 72 habeat justam excusationis causam, si tamen patri pupilli promiserit, se velle tutelam gerere, tenetur; non enim decipiendus est pater, qui fidei tutoris fecutus, alioquin pupillo aliter provisurus: & videtur hic juri suo renun- ciasse. Hæc cum ita sint, alacri animo ad hunc textum 73 provoco, explicationemque contrariam ceu inadæqua- tam, si non plane vitiosam, prædico. De cætero quod 74 ipsa legis contenta concernit, quemadmodum Albi aquam aspergere supervacaneum est; sic, si claritati hujus textus 75 lumen affundere vellem, actum agerem. Hæc suffici- 76 ant de Jure Rom. quamvis enim plures adhuc leges ac- cumulari possent, v. g. l. 1. §. 1. ff. de conf. tut. l. 3. §. 7. l. 5. §. 3. l. 55. pr. §. 2. de administ. tut. aliæque, quas vide apud Dn. LEYSER cit. Disp. §. 15. tamen illas de industria 77

omitto, partim quia aliquæ earum de tutela ab ipso tuto-
 re jam firmiter constituto alii mandata aut commissa agunt,
 78 quem tamen significatum vox: Tutela Paſtitia, respuit,
 partim quia alia tantum subobscuræ & ope prolixæ argu-
 79 mentationis stabiliendæ meæ ſententiæ conducunt, ut ad-
 eo verendum ſit, ne quis illas deſtruendo totam doctri-
 80 nam fallacem & ſuceptam redderet. Progredior itaque
 ad Jus hodiernum, & mei asserti veritatem dupli ci via
 81 probabo, primo quidem Dn. HILLERUM refutaturus,
 (nam Dn. GLAFEX in fine ſuæ epistolæ rem ceu dubiam
 in medio relinquit, magis tamen in affirmantem ſen-
 82 tiam inclinans, vid. infr. n. 134.) deinde vero quædam de
 83 praxi antiqua & recenti adjecturus. Dissentiens autem
 antagonista ſuæ opinionis prætantiam oſtensurus loco
 prolixæ deductionis, unum tantum, idque immobile, ut
 vocat, principium ponit, ex quo non-exiſtentiam T. P.
 84 elicere ſtudet. Sic enim ille Membr. II. §. 2. Tute-
 lam paſtitiam, inquit, non hodie eſſe validam exinde
 probatur, quia Jus Rom. in Imperio noſtro valet, ut Jus
 Imperii scriptum, cui tamen ſtandum eſt, donec probe-
 tur vel observantia legum antiquarum Germanicarum aut
 85 ſtatutum, aut conſuetudo contraria posterior. Pro tu-
 tela paſtitia nihil ejusmodi allegari potest. E. Distinguuen-
 86 dum hic eſſe intelligo inter principium & illius applica-
 87 tionem. Principium enim allatum, cum omnibus nu-
 meris abſolutum ſit, lubentissime concedo, & hac in re
 88 duces comitesque habeo magnos Jctos. Conf. scripto-
 res de uſu juris Justinianei in noſtris terris, & præſertim
 SCHILTER. Ex. ad ff. I. §. 12. & quem ille allegat,
 STRAUCHIUM in diſp. Irnerius non errans Cap. 2. §. 7.

Quem-

Quemadmodum vero maxime salutares herbæ sanitati nostræ nihil emolumenti pariunt, nisi perita medici manus illarum applicationem calleat; sic quoque hoc præcipium, quamvis in se verissimum, adversario nihil præsidii tribuet, quia ille τὸ ἐν ἀρχῇ δίκαιον, atque aliquid ceu concessum præsupponit, quod tamen minime concedi potest. Pendet enim anima decisionis ex priori Dn. Au&t. sententia, qua T. P. Jure Rom. non dari affirmat, & cum suam doctrinam satis vindicatam & a dubiis liberatam existinet, sic quoque illam simul cum Jure Rom. ad nos propagatam esse dicit. Sed fundamento salebroso superstructum ædificium dilabitur. Mihi sane nil reliquum est, nisi ut telum immissum statim & forsitan majori vi retorqueam, sic argumentando. Si verum est, quod Jus Roman. apud nos vim legis habeat, & omnes doctrinæ in illo fundatæ, quatenus non sunt expresse abrogatæ, cum illo simul ad nos sint traductæ; sequitur, quod tutela pactitia in Jure Rom. fundata, & apud nos non abrogata, etiam hodie sit recepta. Atque. Ergo. De antecedente, ut Logici loqui amant, propositione non amplius dubitatur; consequentem vero tam apertis legibus in hoc Cap. probatam dedi, ut jam extra omnis controversiæ aleam posita esse debeat. Licuit sic mihi adversarium proprio gladio jugulare, qui etiam deinde multa hac de materia, Pro & Contra, ut vulgus dicit, disputat. Sed quid juvat singula recensere & refutare, cum Dn. Diff. ipse tandem Membr. II. §. II. confiteatur, quod T. P. statuto & consuetudine possit introduci. Ne autem dente Theonino alterius scripta rosisse videar, filium refutationis abrumpo, & an illa doctrina etiam unquam

103 quam in praxin deducta sit, paucis disquiro. Quamvis
 autem hæc tutoris constitutio juri naturali, sanctitati pa-
 citorum, & præsertim simplicitati atque integritati gentis
 104 Teutonicæ maxime conveniat; tamen ego haud affirma-
 verim, eam apud utrasque gentes multo frequentique
 105 usu esse receptam. Causam si quaras, apud utrumque
 106 populum haud difficili labore illam invenies. Quod
 enim Romanos concernit, illos ceremoniarum sautores
 107 fuisse, jam supra monitum est. Cum igitur per testa-
 menta, solennibus ritibus exhibitis condita, illi tutorem
 108 nominare possent; cum porro LL. XII. Tabb. sanctissime
 observandæ onus tutelæ, deficiente testamentaria dispo-
 109 sitione, ad proximos agnatos, imo & de Jure noviori,
 cognatos devolverent; cum denique, si hi non adessent,
 magistratus peculiaris pupillis tutores dare adigeretur,
 110 *t. t. Inst. de Attil. tut. Et c.* Romanis hos modos, qui
 solennitates sapiebant, maxime arrisisse, admodum proba-
 111 bile est. In Germanis distinguenda veniunt tempora;
 112 vetustioribus enim seculis hanc tutelam non inusitatam
 fuisse ex raro testamentorum apud Teutones usu, de quo
 SCHILTER. *Ex. ad ff. 37. §. 34.* legatur, egregie evin-
 113 cit *Dn. LEYSER. c. Disp. §. 14.* de hodiernis autem mori-
 tribus si aliquid dicere fas est, homines, sicuti de facul-
 titibus, ita etiam de vita optime sperant, *arg. §. 3. f.*
 114 qui *E* a quib. man. non poss. atque eapropter rarius ut
 animadverti in ultimis suis voluntatibus & multo minus
 per actus inter vivos celebrandos de tute liberis suis
 115 constituendo sunt solliciti; præsertim cum non nesciant,
 existente mortis casu per magistratus pupillis suis sat pro-
 116 spectumiri. Hæc dum scribuntur, cogitationibus obvol-
 vitur

vitur casus, ubi T. P. non solum utilem, sed quoque plane necessariam deprehendere licet. Finge enim aliquem usurariæ pravitatis contemnatum, & pœna loco testamenti factio[n]e privatum esse juxta juris Can. dispositionem in c. 2. de usur. 6to, quod Saxones etiam hoc in passu obser-vant, Mand. El. Sax. de anno 1609. 1624. § 1645. quæ omnia novissime subjecta sunt, Mandat. contra Bancœ-ruptores d. dato Dresden den 7. Jun 1724. Ejusmodi infelix scenerator liberis suis bene prospectum esse cupit, sed testamenti factio[n]e activa destituitur; agnatos a tutela ob prægnantes causas arcere intendit; insimul timet, ne a magistratu sorsan vicinus aliorum bonis inhians tutelam consequatur. Qua via tandem tali viro inter tan-tos metus anxiasque dubitationes erit incedendum? Nulla sane patet nisi ut ad promptissimum remedium sc. hanc T. P. consurgat. Caveat igitur aliquis, ne ob rarum hu-jus doctrinæ usum illam ad obsoletas relegate; De hujus enim observantia quoque scriptores celebratissimos adducere licet. Testem autem evoco STRYKIU M, quippe qui in suis scriptis v. g. annot. ad Laut. Comp. Tit. de Exens. verb. Promiserint, & in Us. Mod. Tit. de Tutel. §. 14. quadam de illa T. P. annotavit. In loco quidem posteriori (id quod etiam Dn. HILLER l. c. Membr. I. §. 9. notat) ab initio rem totam dubiam facit, & T. P. imperfectam appellat, atque ad testamenteriam confir-matam refert. Sed cum hodie omnes tutores necessario sint confirmandi per REC. IMP. de anno 1577. tit. 2. add. P. O. S. Vet. Tit. 45. §. eb auch wohl ic. de hoc non sum sollicitus, præsertim cum modo allegatus Auctor ipse de utilitate & receptione hujus tutelæ egrégium perhibet re-
C. stim-

130 stimonium. De utilitate quidem, cum ei id efficacia tri-
 buat, ut cæteros tutores legitimos illa excludat. De
 131 praxi vero, cum præjudicium hac de materia pronuncia-
 132 tum adducit. Præterea quoque illius mentionem facit
S TRYK. citatus in *Caut. Contr. Sect. 2. c. 20. §. 21.* ut vi-
 dere licet ex *B. LUDOVICI Doctr. ff. Tit. de Excusat. §. II.*
 133 Porro patris **S AMUELIS** vestigia premit filius **J OHN. SA-**
 134 **MUEL S TRYK** in *not. ad Inst. cit. Tit.* Apertius quo-
 que quam antea, (*v. supr. n. 81.*) hac in re conspirat. *Ill.*
Dn. G LAFFEY in *denen Grund-Säzen der Bürgerlichen*
Gelehrsamkeit. C. 6. §. 21. sq. ubi præsertim statutum Lu-
 135 satia hoc de re conjectum adducit. His adjungo *Magn.*
Dn. K EMMERICH. qui in *Access. ad Inst. Jur. Civ. L. I.*
S. 3. Tit. 27. §. 15. ait, hanc T. P. moribus Germanorum
 esse convenientem, quia etiam de successione pacisci licet.
 136 Corroborat ille suam sententiam *Intr. ad Jus Publ. L. 8.*
 137 *C. 5. th. 5. sq.* Agmen claudat absolutissimus *J Ctus Dn.*
L EYSER in *sæpius abs me cit. disp.* quippe qui *§. 16. sq.*
 exempla & præjudicia nec non *Ill.* *Dn. DE L UDEWIG*
 in *Diff. Jur. Rom. & Germ. in tutel. diff. 4.* consentien-
 138 tem adducit. Hæc itaque sufficient delibasse de existen-
 tia T. P. quæ quidem non in omnibus foris, nec in omni-
 139 bus libris est obvia, ob suam tamen soliditatem & utili-
 tatem meruit, ut qualequam opellam & aliquot ho-
 140 ras subsecivas huic pvestigandæ impenderem. Si quis
 me temeritatis incusare velit, excusationis loco huic ca-
 piti colophonem impono cum verbis incomparabilis
 141 *S CHILTERI Ex. ad ff. 1. §. 12. in fn.* sic suaviter admo-
 nentis: Laudem peritiae & eruditionis meretur ille advo-
 catus, si ejusmodi legem (adde & doctrinam) etsi forte
 hacte-

hactenus minus observatam, in forum usumve revocat,
quoties contraria observantia non obstat.

CAPUT II. De Tutelæ Pactitiæ Essentia.

SUMMARIA.

Introitus. 1. 2. *Tutela pactitia* juxta methodum,
quam vocant, Lauterbachianam enucleatur, & qui-
dem I.) illius onomatologia 3 -- 9. II.) definitio.
10. 11. III.) causa efficiens, 12. 13. de maire 14 -- 21.
& extraneo 22. IV.) Finis generalis 23 -- 27.
specialis, 28. 29. & specialissimus, 30 -- 33. V.) Sub-
jectum, 34. 35. ubi de muliere, 36 -- 39. minore,
39 -- 44. homine proprio, 45 -- 47. milite, 48. 49.
judæo, 50 -- 55. creditore & debitore, 56 -- 58.
infami, 59 -- 61. malo administratore 62 -- 65.
incerto, 66 -- 69. VI.) Objectum 70. sc. persona
71 -- 76. & bona pupilli 77 -- 81. VII.) Forma,
ubi tres questiones tractantur, 82 -- 96. VIII.)
Effectus generalis, 97. 98. ac specialis & quidem
prior, 99 -- 106. & posterior, 107 -- 111. IX.)
Adjuncta quatuor, 112 -- 120. X.) Contraria,
quorum septem recensentur, 121 -- 129. XI.) Af-
fine, 130 -- 134. XII.) Actiones a) ex pacto,
135 -- 144. b) ex tutelæ gestione. 145 -- 47. Con-
clusio. 148.

C 2

Huic

Hic Schilterianæ admonitioni ut patulas aures præbeam, gradum accelero, & existentia Tutelæ conventionalis in priori Cap. asserta; nunc quædam
 2 methodicæ, quantum quidem propter exile ingenium fieri
 3 potest, de illius natura proferre constitui. Onomatolo-
 4 gia hujus tutelæ nihil difficultatis habet. Ad instar enim
 cæterarum tutelæ specierum a modo constituendi nomen
 5 suum accepit, & Ill. Dn. GLAFÉY in scripti supra alle-
 gati *titulo* optime in lingua vernacula illam nominat,
 6 *Eine Vermundschafft*, so aus zusagen entsteht. Assensum
 7 igitur non meretur Dn. HILLER, qui l. c. Membr. 2. §. 6.
 illum tutorum dativum appellat: quamvis enim certo
 modo omnis tutor hoc nomine insigniri possit, quia vel
 8 a lege, vel a magistratu, NB. datur, tamen κατ' ἔγοχην
 ille tantum, qui a magistratu, sive Romano, sive hodi-
 9 erno constituitur jura Dativi tutoris habet; id quod non
 forsitan Καττολογίαν sapit, sed suum effectum in praxi T. P.
 10 varie præbet. Definitionem illius, cum periculosa sit
 omnis in jure definitio, l. 202. ff. de R. J. breviter & sere
 11 nominaliter illam sic habeto; *quod sit talis tutela,*
qua a patre liberis suis per pactum cum futuro
tutore initum constituitur, ut pupillis eo meli-
 12 *us prospiciatur.* Causa efficiens est pater. Hic enim
 est insignis patriæ potestatis effectus, quod ille liberis suis
 tutorem in testamento, l. 1. ff. de testam. tut. & per con-
 sequens etiam per pactum dare possit. Hoc enim præ-
 primis notabis, quod omnes tutelæ testamentariae præro-
 gativæ etiam ad conventionalem utiliter applicari debeant,
 14 cum hæc illam multis antecellat paralangis. Sed hic vi-
 dendum

scilicet

dendum, an etiam mater huncce tutorem constituere queat.
 Et respondeatur regulariter negando, quia non solum illa ¹⁵
 jure patriæ potestatis destituitur, sed quoque casus diffi-
 culter existere potest, quo tutore abs matre dato opus sit.
 Aut enim mater moritur vivente adhuc patre, & tunc ¹⁶
 liberi manent sub patria potestate, adeoque non indigent
 tutore; cum nemo sub duplii potestate esse debeat; aut ¹⁷
 mater moritur, patre jam prædefuncto, & tunc vel alius
 tutor jam tutelam gerit, vel ipsa est tutrix. Priori casu ¹⁸
 tutorem jam habenti alius tutor non datur, *J. 5. J. de*
Curat. nec est, quod tutor antea constitutus a suo mune-
 re dejiciatur; posteriori vero tandem fieri potest, ut ma- ¹⁹
 ter liberis suis tutorem per pacta creet, modo non alii,
 v. g. agnati in feudalibus, jus quæsitum habeant. Adeo ²⁰
 & alius casus, quando sc. mater, liberis suis aliquid ultra
 legitimam relinquere, patri vero illius administrationem
 & usumfructum adimere vult; tunc enim curatorem per ²¹
 modum pasti dare illi non denegatur, v. *I. 4. ff. de test.*
tur. Idem quoque de extraneo, pupillum hæredem insti- ²²
 tuente, ea lege, ut patri ususfructus ne acquiratur, est
 tenendum. Causa finalis hujus tutelæ est vel generalis, ²³
 vel specialis, vel specialissima. Generalem finem, quem ²⁴
 tutela conventionalis cum cæteris communem habet, in
 definitione statim adjeci. Cum enim orphani, qui per ²⁵
 parentum mortem jam satis infortunio mactati erant, ta-
 men sâpe tam miseram adipiscantur sortem, ut quasi ad
 rapinam expositi ex omni spoliantur parte; salus reipu- ²⁶
 blica bene compositæ requirit, ut his personis misericor-
 dia dignis aliquis adjungatur, qui officium suum in pu-
 pilli persona facultatibusque tuendis strenue observaret,

C 3

unde

27 unde etiam tutor, i. e. tuitor est appellatus, *pr. J. de Tut.*
 28 Specialem finem, quem etiam in tutela testamentaria in-
 venies, hunc statuo, ut pater non tantum, si se vivente
 aliquem tutorem paciscendo nominet, illius fidem & di-
 29 ligentiam exacte explorare, sed etiam aliqua, quæ post
 mortem suam ratione pupillorum expedienda sunt, simul
 30 disponere possit. Specialissimus denique finis, isque
 optimus, & quo etiam tutela testamentaria destituitur,
 ille est, ut dulcis spes quam pater semel de tute conce-
 31 pit, illum rarius fallat; ille enim tutor ad promissa ex-
 32 plenda per pacti naturam adigitur; quod secus se habet
 in ista, ubi sæpenumero excusatio exculpitur, & sic spes
 33 testatoris in nihilum recidit. Adde & hoc, quod ille, qui
 non invitus, sed sciens & volens tutelam aggreditur, eo
 religiosius & accuratius hoc pietatis officium exequetur.
 34 Materia subjectiva est ille, qui habilis est ad tutelam ge-
 rendam, adeoque generalia, & alias jam satis nota juris
 35 præcepta etiam hic veniunt applicanda. Peculiaria tamen
 36 & forsitan haud æque injucunda proferre luet. Quæri-
 tur igitur I.) an mulier tutrix pacto possit dari? Et resp.
 37 regulariter negando, *l. 16. pr. & l. 18. ff. de Tut.* nisi for-
 san specialem principis concessionem aut pactum cum ma-
 38 tre vel aviabus, quippe quæ ex singulari privilegio tute-
 39 la capaces censemur, celebratum præsupponas. II.) An
 minor? Lepida inanisque quæstio esse videtur, cum
JUSTIN. J. 13. J. de Excus. tut. vel cur. incivile existi-
 met eos, qui alieno consilio in rebus suis administrandis
 egere noscuntur, & ab illis reguntur, aliorum tutelam
 40 vel curam subire; Sed tamen ego hic affirmative respon-
 41 dere nequaquam dubito. Ratio: quia juxta *J. 2. J. qui*
test.

test. tut. dar. poss. minor 25. annis testamento tutor datus,
 tamen tutor erit, si major 25. annis fuerit factus; ad hujus 42
 enim textus similitudinem etiam minorem per pacta tu-
 torem designari posse quid prohibeat, non video, inter- 43
 cedente præsertim curatoris consensu, qui forsitan etiam
 casu existente, & tutore minore majorenitatem non-
 dum adepto, simul cum cura minoris etiam tutelam al-
 terius tamdiu administrabit, usque dum ipse tutor pacti-
 tius major factus hoc onus in se suscipiat; idque argu- 44
 mento a cura absentium sumto egregie illustrari potest,
 v. CARPOV. P. 2. *Const.* 15. def. 48. Ill. LEYSER. *Disp.*
de probat. mort. §. 9. III.) An homo proprius? Sunt 45
 quidem, qui illius notæ hominibus facultatem suscipi-
 endæ tutelæ, nisi apud suisimiles denegare gestiunt; ego 46
 tamen cum illos jure contractuum & pactorum, excepta
 sua gleba, nunquam destitutos deprehendi, etiam ab hac
 tutela non repellendos esse putaverim, si tandem praxis
 hunc casum suggerat. Non tamen inficias ibo, ob ea, 47
 quæ de hominibus propriis B. BEYER *Del. Jur. Germ.*
L. I. C. 22. per tot. & L. 3. C. II. pos. 7. tradit, hanc doctri-
 nam minime dubio carere. IV.) An miles? Prohibetur 48
 jure Rom. §. 13. *J. de Excus. tut.* si modo actu milita- 49
 verit, l. 4. *C. qui dare tut.* quapropter hæc tutela ægre
 & non nisi apud alias milites locum invenire poterit. V.) 50
 An Judæus? Hanc vexatam quæstionem SCHILT. Ex. 27.
 §. 15. - - 18. de jure Rom. ob l. 15. §. 6. ff. *de Excus.*
 affirmat, cui addere licebit l. 10. l. ult. *C. De Judeis;* de
 jure vero hodierno negat, cui adstipulatur LAUTERB. 51
Comp. Tit. de Tut. in fin. Simpliciter affirmant BRUNN. 52
ad l. 15. ff. de Excus. n. 2. & 3. WEHNER Obs. Pract.

voc.

voc. *Jüden p. m. 302.* aliisque. Conf. SPECKHABN ~~dis-~~
 53 *τάγματα Judeorum §. 15.* hæc tamen addita limitatione,
 ut administratio bonorum pupillarum quidem Judæo re-
 linquatur, educatio vero pupilli ob seductionem metuen-
 54 dam ipsi admittatur. Rebus igitur sic stantibus etiam Judæus
 55 tutor conventionalis existere potest, ita tamen, ut si forte
 pater animi malitia inductus, etiam pupilli educationem
 appellæ commissam velit, provisio magistratus hunc erro-
 56 rem corrigat, *I.I. §. 1 ff. Ubi pup. educ.* VI.) An debi-
 tor & creditor pupilli? Negativam quidem svadet *Nov.*
 57 *72. c. I.* sed affirmativam sequor, partim quia *Nov. cit.* in
 tutore testamentario locum non habet, *LUDOVICI*
 58 *Doctr. ff. Tit. de Tut. §. 4. in fin.* partim quia hodie ejus-
 modi tutoris datio quibusdam observatis omnino per-
 59 missa est, ut patet *ex Dec. Elect. Noviss. 34. § 35.* VII.)
 An infamis? Negant quidam, inter quos novissime *Excell.*
Dn. HANACCIUS Disp. ad Inst. 45. th. 4. sed potius
 60 cum *LAUTERB. c. I.* affirmo, quia infames civilium mu-
 nerum, quale est tutelæ susceptio, vacationem non ha-
 bent, *I. I. §. 6. & 8. ff. De postul. & l. un. C. De infam.*
 61 Consultius tamen erit, ut illi, qui ob sursum aut alias
 male gestam administrationem infamie notam sibi attrac-
 62 xerunt, a gestione tutelæ arceantur. VIII.) An ille, qui
 jam in tutela male versatus est? Regulariter negatur in
 63 *I. 3. §. 8. ff. de susp. tut.* sed hanc legem intelligo de illis
 casibus, ubi tutor talis sursum vel legitimam tutelam ap-
 petit, vel a magistratu datur, vel a patre, tam perversos
 64 mores iguorante, in testamento denominatus est; quod
 si igitur parens eum ad meliorem frugem rediisse persua-
 sus, illum per pacta tutorem declareret, adhuc admitten-
 dus

dus erit, salvo tamen magistratus arbitrio, si adhuc indica animi bonis pupilli inhiantis adsint. IX.) An denique incertus? Negatur tum ob §. 27. J. De Leg. l. 20. Et 66
30. ff. de Test. tut. quia sc. certo judicio quis debet protutela posteritati sue cavere, tum ob hujus tutelæ naturam; cum enim conventio semper inter certas personas 67 celebretur, tutor denominandus sit certus oportet; nisi 68 forsitan conventio id intendat, ut quis demum post mortem patris aliquem sifstat, qui idoneus huic muneri gerendo existimetur; illum enim intuitu patris pacientis 69 incertum appellare poteris. Sed satis de Subjecto. Veno nunc ad Objectum, quod principaliter est persona, minus principaliter bona pupilli. De utroque aliquid 71 notatu dignum afferre lubet. Pupillo itaque tutor praesumitur 72 esse debet, sive ille adhuc sit insans, sive infantia sive pubertati proximus, sive præcoci polleat ingenio, sive sero, ut ceteri homines, sapiat, sive jam natus, sive adhuc sit nasciturus; nam embryoni quoque tutor datur, l. 153. ff. De V. S. Sed non immerito hic quæstiones sunt 73 tractandas 1.) an etiam curator minori per pactum a patre dari possit? Resp. vid. infra n. 108. 2.) an ille, qui 74 jam tutor fuit, etiam præcise curator esse debeat? Negatur quidem alias ob §. 8. J. De Excus. tut. quia abunde sufficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur; l. 20. C. de Neg. gest. sed in hac tutela affirmative respondeam 76 necesse est, & quidem ob naturam pactorum, præsupponendo, quod etiam pactum ad curam sit directum. Quod bona pupilli concernit, nihil refert, utrum intra 77 provinciam, an extra illam sint sita, utrum sint a patre, an aliunde profecta, utrum sint feudalia (conf. STRYK.

D

Ex.

- 78 Ex. J. F. C. 7. qu. II. sq.) an allodialia. Hic sane iterum quid peculiare habetur, quod, quamvis aliis tutoribus ob diffusum patrimonium, quatenus est in diversis provinciis, excusatio pateat, l. 21. §. 2. ff. De Excus. tutori
- 79 tamen pactitio hac excusatione succurri non possit, quoniam hæc omnia prævidere potuit, & sic tacite consensisse
- 80 præsumitur; cautela igitur pro tutore pactitio notetur, ut hac de re expresse caveat, pactum enim contra illum
- 81 interpretamur, qui clarius loqui debuisset, l. 39. ff. de
- 82 pact. Forma hujus tutelæ, qua a ceteris dignoscitur, est
- 83 illud pactum, quod super gerenda tutela initur. Generalia autem de pactis hoc exscribere rædet, quapropter tres tantum quæstiones subnectam.
- 1.) Quale sit pactum?
- 84 Resp. conditionatum, quia celebratur sub incerto die, &
- 85 quidem An & Quando simul. Scientia enim pacientium se usque adeo non extendit, ut scire valeant, an etiam liberi tutori unquam opus habeant, & an pater ante
- 86 eorum majorenitatem fato suo sit functurus; multo minus certum temporis punctum determinari possunt.
- 87 Quando vero dies tam incertus fuerit, ut non constet, an & quando sit existitus, perinde se res habet, ac si sub conditione contractum foret, l. 56. ff. de Cond. indeb.
- 88 Hæc prolixius deducenda fuerunt, ut exinde elici possit decisio novi problematis: An sc. quis ob hanc tutelam
- 89 sperandam a ceteris actu delatis se excusare possit? Et responsio negativa eligitur, quia multa adhuc inter calicem supremaque labera cadunt, & plane dubium est, an unquam iste, qui se excusare gestit, hanc tutelam in se
- 90 sit recepturus.
- 2.) Quomodo hoc pactum celebretur?
- Resp. Jure Rom. quidem solennis stipulatio interponi poterat,

terat, sed nudum pactum etiam tolerabatur, quia, cum legitimum esset, agendi efficacia non destituebatur, v. *supra C. I. n. 43.* Jure hodierno res confici potest per 91 omnia pacta simplicia, sive oretenus prolata, sive in scriptis consignata, sive in judicio, sive extra illud celebrata; quamvis illi cautius mercentur, qui autoritatem iudicis adhibent, ut omnia co firmiori stent obligatione: Præprimis vero pacta successoria, v. g. confraternitatis 93 &c. optime hac de re disponere queunt, cum sc. hic pupilli æque ac tutorum commodum versetur. 3.) Quid 94 nam in hoc pactum veniat? Rsp. Gestio totius tutelæ; nam si forsitan alicui educatio pupilli per pactum commit- 95 tatur, eapropter non tota tutela in pacilcentem devolvitur, sed potius alia, v. g. legitima locum habebit, vid. *Dn. LEYSER Disp. de T. P. §. 25.* Porro, si quis pro- 96 miserit, se habiturum commendatos alicujus liberos, si illum mori contingat; per hoc non censetur promississe, ut etiam tutor esse velit, sed quod alias paratus sit ipsis prodesse, ac eos defendere; sunt verba *GILMANNI Rer. Jud. Aug. Com. Imp. L. 2. Dec. 46. n. 7.* Effectus 97 hujus tutelæ est vel generalis, vel specialis. Generalis 98 est illa obligatio, qua etiam quilibet tutor obstringitur, ut sc. omnem operam in persona pupilli industrie defendenda, & bonis ejus accurate administrandis exercere debet, qua de re vero DD. in suis compendiis copiosius docent, v. *STRUVE J. R. G. F. L. 1. T. 21.* Specialis ef- 99 ffectus est duplex, quod 1.) illa cæteras tutelæ species præcedat. De dativa quidem & legitima, eaque tam ordinaria, quam extraordinaria, nullum extabit dubium; 100 sed an ipsi testamentariæ tutelæ sit anteponenda, haud 101 eaque

- 102 *xque certum videtur.* Ast res salva est; aut enim testamentum conditur ante pactum; & tunc expediti juris est,
 103 quod posterior voluntas priorem tollat; aut pactum præcedit ultimam voluntatem postea declaratam, & nihilominus illa constitutio vitio nullitatis laborat, & pactitus
 104 tutor testamentarium præcedit; Ratio: Hæc tutela consistit in pacto, quod sicuti utriusque consensu initur, sic quoque utriusque dissensu dissolvatur necesse est, l. 35. ff.
 105 *De Reg. jur.* Et sic a JCtis Helmstadiensibus responsum esse meminīt Dn. LEYSER l. c. §. 18. *Diss. Dn. GLA-*
FEY in Grund-Säzen der Bürgerlichen Gelehr. C. 6. §. 24.
 106 Quod si igitur alter quoque suam voluntatem per renun-
 ciationem juris quæsiti declaret, tutor testamentarius
 107 omnino est admittendus. 2.) Quod nullam excusatio-
 nem admittat: Nam ut multa prolixius deducenda bre-
 108 vibus complectar, hanc notabis regulam: quod omni-
 bus excusationibus, tutori alias competentibus, in tute-
 109 la pactitia renunciatum esse videatur; id quod est licitum,
 cum quilibet favori personæ pro se introducto, si sine
 tertii præjudicio fiat, renunciare queat, l. penult. C. *De*
 110 *pactis.* Quamvis autem hæc tutela nullam excusationem
 patiatur, tamen ipsa, si modo actu & revera geratur, ad
 excusandum prodest. Illa enim, et si scienter & volenter
 suscipiatur, minime pro affectata censetur, sed si quis
 v. g. tres hujusmodi tutelas habuerit, a ceteris plenis-
 111 sine liberabitur, §. 5. J. *De Excusat. tut.* Sequuntur ad-
 juncta T.P. de quibus, cum pennæ volans ad finem in-
 112 clinet, paucissimis ita tene. Illa sunt vel in constitutio-
 ne, ut a) confirmatio & b) satisdatio, quæ quidem jure
 Civ. argumento a testamentariis tutoribus ducta, l. 3. §.
 1. *De*

1. *De administ. tut. l. 27. ff. de test. tut.* etiam pactitiis remittuntur: non vero hodierno, v. *Dn. LEYSER §. 24.* ¹¹⁴
qui exceptionem in principibus Sax. ponit. 2) *excusatio,* ¹¹⁵
quæ, ut modo est monitum, hac in tutela plane cessat.
Quod si vero aliquid supervenerit, ut ad tempus rebus ¹¹⁶
superesse haud possit, v. g. si reipublicæ causa absens fuerit, tunc curator temporarius illi adjungatur oportet, *§.*
5. *J. de Curat. 8)* suspecti postulatio, si præter opinionem opus fuerit, etiam hic non denegatur: *vel* occur- ¹¹⁸
runt in administratione, v. c. confessio inventarii, quæ
aliquoties, & quidem præprimis in nostra tutela, a patre
prohibetur. *LUDOVICI Doctr. ff. Tit. De rebus eorum*
§. 5. it. alienatio immobilium, ubi tamen omnia, quæ ¹¹⁹
alias in jure præcipiuntur, strictissime sunt observanda, nisi ¹²⁰
forte pater in pacto alienationem permiserit, tunc enim
tutorem solennitatibus hisce superfedere posse puto, quia
de expresso patris consensu constat, arg. l. i. Et 3. C. Quan-
do decret. non opus est. Contrarium T. P. est dissolutio ¹²¹
pacti de ineunda tutela, quæ fieri potest diversis modis.
Potiores sunt sequentes: 1.) mors constituti tutoris, non
vero constituentis; ibi enim incipit tutela. 2.) casus plane ¹²²
non existens in quem tutor datus est, v. g. si liberi mo-
riantur. 3.) utriusque voluntas, non vero unius tantum, ¹²³
etiam illius, qui tutorem dedit; alter enim nihil de suo
jure remittere tenetur; quod si tamen unus alterve gra- ¹²⁴
ves dissentendi causas habeat, ad liberandum agi posse
censeo. 4.) si prohibitiva causa superveniens tutorem im- ¹²⁵
pediat, quo minus fidem datam explere possit, v. g. si
pro prodigo declaretur, 5.) si tutor ad tempus, sub con- ¹²⁶
ditione aut ad bene placitum datus sit; hoc enim sicuti ¹²⁷

in testamentaria; §. 3. J. *Qui test. tut. dar. poss.* ita &c in
 128 pactitia tutela procedit. *Dn. LEYSER c. l. §. 28. 6.*) si
 mulier tutrix pactitia secundo nubat, ubi tamen pactum
 de non amittenda tutela ob iteratas nuptias sustinetur, *Dn.*
 129 *LEYSER §. 19. 7.*) si denique magistratus confirmans ex
 gravi prægnantique causa tutoris electionem improbet.
 130 Affine hujus tutelæ est cura pactitia, eaque tam ordinaria
 131 quam extraordinaria. Ordinariam quod concernit, nunc
 quæstio supra n. 57. attacta est absolvenda: an sc. curator mi-
 nori per pactum a patre vel, ceteris paribus, etiam ab extra-
 132 neo, dari possit? Negatur de jure Rom. §. 1. J. *De Cur.* ubi
 133 testamento curatorem dari non debere legitur; ratio erat,
 quia adolescentes non inviti, præterquam in item, cura-
 torem accipiebant §. 2. c. t. Sed jus hodiernum contra-
 rium confirmavit in R. J. *de anno 1577.* §. 1. & 2. ibi
Vormunde und Vorsteher, adeoque quæstio affirmative
 134 est decidenda. Tango binis verbis extraordinariam s.
 muliebrem curam, de qua *Dn. LEYSER §. 26.* monet, &
 ipsa praxis est testis locuples, quod illa semper sit pacti-
 135 tia. Denique de actionibus si queratur, duplices sunt
 136 considerandæ. Una quidem est ex pacto, qua tutor pa-
 137 citius ad promissionem implendam adigitur. Jure Civ.
 erat vel condic̄tio certi ex stipulatu, vel, si ex pacto legi-
 timo ageretur, condic̄tio ex l. 15. §. 1. ff. *De Excusat.*
 138 hodie vero actio ex nudo pacto datur Cui? patri & cuiilibet,
 qui aliquem tutorem constituit. Contra quem? Eum, qui promisit, se tutorem fore. Ad quid? Ut non
 solum tutelam in se præcise recipiat, sed etiam id, quod
 ex natura contractus aut speciali conventione adjecta præ-
 139 stari debet, præstet. Ex parte igitur constituentis hæc actio
 est

est ad hæredes transitoria; & cum pupilli in judicio standi 140
 personam non habeant, mater aut propinquai pupillo-
 rum hanc actionem in judicium deducent. Ex parte vero 141
 promittentis hæc actio ad hæredes non transit, quia industria
 personæ est electa. Porro agitur ad factum præcisè imple- 142
 dum; quapropter tutor etiam id, quod interest, præstando
 non liberabitur, quoniam ad factum qualificatum *arg. l.13.*
§. i. ff. De re jud. Quod si vero tutor promissis non 143
 steterit, actio ad Interesse a pupillo, si ad ætatem matu-
 ram pervenerit, institui potest. Pœna etiam in casum 144
 contraventionis salutariter adjicitur & exigitur. Altera 145
 est actio ex quasi contractu gestæ tutelæ oriunda, que
 etiam ceteris tutelæ speciebus communis adeoque abs me 146
 non erit consideranda. Non tamen sicco prætereunda 146
 est actio contraria tutori competens ad salarium conse-
 quendum, quod satis commode in pacto determinari pot-
 est. *arg. l.33. ff. De adm. tut.* quod etiam tutori paſtitio, 147
 si forsan minor veniam ætatis legitime impetrat, ob jus
 suum quasitum non auferendum esse existimo. Sed 148
 — — — — — Sat prata biberunt; Claudantur ergo
 rivuli.

D E O

Uni, Trino,
 Tutori meo
 Optumo, Maxumo,
 sit
 laus, honor & gloria.



SCHEDI

SCHEDIASMA
DE
TUTELA NATURALI.

JOVA, JUVA.

CAP. PROEMIALE.

SUMMARIA.

Proemium rationem & methodum dicendorum tractat.

1 **E**ntia sine necessitate non esse multiplicanda, nobis
2 uti in ceteris disciplinis, ita quoque in jurispru-
3 dentia pro amissi præscribitur. Nihilominus tamen
4 aliquis, accurata doctrinæ cuiusdam cognitione acquisita,
5 sœpe confiteri cogitur, aliquid superesse, quod hactenus
6 a paucissimis quibusque & tantum levi brachio sit atta-
7 ctum; ex cuius tamen scientia non minus utilitatis aut
8 certæ voluptatis, quam ex aliis in nos redundat. Forsan
9 mihi tale quid in materia de Tutelis, facili, pulchra & pra-
xinx respiciente, contigit; Non solum enim peculiarem
hypothesin de quarta Tutelæ specie, sc. Pactitia, in jus
nostrum recipienda foveo; sed quoque aliud adhuc re-
stat, quod utrum approbandum sit, an repudiandum, diu
dubius hæsi. Scilicet statui potest quinta Tutelæ species,
sc. Tutela Naturalis die natürliche Vormundschaft. Vox
hæc quidem nonnunquam ab aliquibus in foro proponi-
tur, sed natura illius ignoratur. Et hanc ob causam eo
magis paratam veniam a B. L. me impetraturum esse con-
fido,

fido, cum, quicquid hac de re sentio, huic chartæ mandem. Si dicta placebunt, res se bene habet; sin minus 10 juvabit Zoilo materiam cavillandi præbuisse. Res interim 11 sic tractabitur, ut Cap. I. quæstio, an detur Tutela naturalis? disquiratur, & exempla illius spuriæ & genuina suppeditentur. Cap. autem II. de tute, cuius mentio fit 12 L. R. Lib. I. art. II. ejusque indole agatur. DEUS autem 13 tutor omnium naturalis nobis mihi tutelam gratiamque præbeat.

CAP. I. De Tutela naturali.

SUMMARIA.

Tutela naturalis sumitur vel in sensu generalissimo pro legitima Rom. tutela, 1. cuius fons 2 - 7. Et natura paucis discutiuntur, 8 - 17. vel in sensu spezialiori, 18. 19. ubi definitur, 20. Et ejus exempla adducuntur (A) ex jure veteri Rom. Et quidem α) ex legitima emancipatione, Et hanc subsequente legitima parentum tutela, 23 - 41. Ε) ex fiduciaria tutela, que tres casus continet, 42 - 49. Et plane inadæquatum nomen accepit. 50 - - 60. Hæ duo exempla jure Civ. nov. cessant. 61 - - 66. Ostenditur praxis nostra leg. par. tut. 67 - - 70. Exempl. 1.) 71 - - 75. 2.) 76. 77. 3.) 78 - - 83. (B) ex jure hodierno Civili, 84 - - 89. ubi exempla spuria reprobantur, Et quidem 1.) 90 - - 97. 2.) 98 - 100. 3.) 101 - - 108. 4.) 109 - - 115. Et genuina substituuntur,

E

untrur,

untur, § quidem α) 116 - - 118. β) 119 - - 132. (C)
 ex jure hodierno feudali, 133 - - 137. ubi tria ex-
 empla dantur, § quidem 1.) 138. - - 145. id quod
 etiam ad alios casus in jure Civili adhuc extenditur,
 146 - - 149. 2.) 150. - - 155. 3.) 156. - - 160. Con-
 clusio simul quedam de natura hujus tutelæ affert.
 161. - - 169.

I vox : Tutela Naturalis, in generalissimo accipiatur
 sensu, pro tali tutela, quam natura nobis præcepit aut
 suasit; tota Juris Rom. doctrina de legitima tutela haud
 2 inconcinne hoc trahitur, si modo verum illius fundamen-
 tum investiges, quod quidem in legibus silentio premi-
 3 tur. Legitima enīma tutela secundum juris istius sanctio-
 nes ex eo denominatur, quia ex LL. XII. Tabb. descen-
 dit, perinde ut emancipatio legitima, it. hæredes legit-
 4 mi; Non injucundum videtur ipsum legum tenorem le-
 5 gere; Sic autem sonant verba de impubere pupillo: Ut
 si paterfam. intestato moreretur, agnatorum gentilium-
 que in ipsius pupillis eorumque pecunia potestas esset;
 6 It. de prodigo: Ut qui prodigus existeret; ei Prætor cau-
 sa cognita bonis suis interdiceret, inque ipsius pecunia
 7 agnatorum gentiliumque potestas esset. It. de furioso:
 Si furiosus existat, agnatorum gentiliumque in eo pecu-
 8 niaque ejus potestas esto. Has leges, si quis centies per-
 legerit, quidem aliquid statui, sed constitutionis ratio-
 9 nem haud adjici deprehendet; Primo vero intuitu quis-
 quam facile putabit, & forsan recte putabit, agnatos co-
 10 gnatosque ad tutelam ideo vocari, quia pro iis gravis mi-
 litat præsumtio, quod talium personarum tutelam curam ve-
 optime

optime sint administraturi, quoniam natura peculiarem inter eos constituit cognitionem. Hæc sane probabili ter asseruntur, & , ni fallor, tale quid suboluit B. TITIO, qui *Obs. ad Laut. Comp. Tit. de Leg. Tut. Edit. Mollenbec.* n. i. hanc tutelam rationes omnibus gentibus fere communes præsupponere asserit. Quid vero omnibus gentibus magis commune, quam naturalis affectio erga consanguineos. Quicquid autem sit in plane alia ivit JUSTINIANUS §. un. *J. de Leg. Patr. tut.* Ille enim perspiciens, quod lex vetus tantum agnatos & non quoque cognatos tutores esse voluisse, hoc ob sperandum successionis commodum, non vero ob naturalem affectionem fieri putavit, simul sanciens, quod ibi plerumque sit tutela onus, ubi emolumentum successionis speratur, cit. §. un. add. l. 73. *de Reg. Jur. l. un. §. 4. C. De caduc. toll.* Hæc 16 Justiniane legislatio in nostra Germania certissime est recepta, adeoque etiam apud nos is audit tutor legitimus, cui ob futurum succedendi commodum onus tutelæ incumbit; & hac significationem in hoc scripto observa 17 tam abs me esse attestor. Sed quid statuendum de casibus, ubi spes successionis abest, & tamen lege permitente præ aliis alicui consanguineorum tutela committitur: Sane illum tutorem naturalem, in sensu sc. speciali 18 nuncupo, simulque eum definio, aut, si mavis, describo, quod sit talis, qui mero ductu & suasu ipsius 20 naturæ, qua illum aliis diligentiorem præsumi jubet, præ aliis ad gestionem tutelæ admittitur. Exempla hujus rei autem omnium maxime rara sunt, nisi 21 spuria adducere velis, qualia vide infra n. 76. sqq. Non 22

E 3

tamen

tamen desunt genuina, quæ eruere lubet tam ex jure ve-
 23 tuftiori, quam recentiori. Ipsam rem autem aggressuro
 nunc ante omnia recurrendum est, ad antiquas Romano-
 rum leges, quas illi in successione pariter ac tutela cole-
 24 bant. Totius vero rei cardo vertitur in emancipatione
 25 legitima, quæ sc. ex LL. XII. Tabb. ortum trahit. Illa
 variis tricis circumsepta & ceremoniis stipata erat, qua-
 26 rum non ultima in eo consistebat, quod actus emancipa-
 tionis contracta fiducia celebraretur, i. e. inter patrem
 naturalem & fiduciarium conveniebat, ut filius a patre
 naturali patri fiduciario tertio mancipatus ipsi a fiduciario
 27 patre remancipetur, quo illum manumittere posset; quo
 facto jura patronatus in patrem naturalem devolvebantur,
 simulque etiam tutela in liberos impuberes emancipatos.
 28 Plura qui scire cupit, adeat C A I U M Insti t. L. 1. Tit. 6. §. 3.
 29 add. §. ult. J. de Leg. Agn. tut. Subsequuntis temporibus
 Justinianus l. ult. C. de Emancip. liber. has venditiones in
 liberas personas, & circumductiones inextricabiles & in-
 30 juriosa raphismata quiescere jussit; & multo faciliores
 31 emancipandi modos, sc. Anastasianam & Justinianeam
 emancipationem introduxit, l. c. 6. J. Quib. mod.
 32 jus P. P. solv. Nihilominus autem hæ emancipationes
 perinde ut illa, quæ ex LL. XII. Tabb. descendebat, jus
 agnationis tollebant, §. ult. J. de Leg. Agn. tut. & patri
 spes succedendi intercipiebatur; Justinianus ergo etiam
 hac in parte patri succurrere voluit, statuendo sc. quod
 emancipationes liberorum semper quasi contracta fiducia
 facta suisse existentur, §. ult. J. de leg. Agn. success.
 33 Pater igitur exinde conseqüebatur hæreditatem, & per
 34 consequens tutelam in liberos emancipatos. Sed, quæ-
 so,

so, qualis fuit hæc tutela? Imp. illam *J. un. J. de Leg.*
parent. tut. haud dubitavit appellare legitimam; sed val-
 de inadæquate & improprie: Quia enim ex quasi con-
 tracta fiducia, quam Imp. semper præsumere voluit, orie-
 batur, quasi Fiduciaria debuisse appellari, sicuti **ULPIA-** 35
NUS *Fragn. Tit. II. J. 4.* illam tutelam, quæ ob veram
 contractam fiduciam competebat, fiduciariam nominat. 36
 Cum igitur Justinianus solennitates, nempe venditiones, 37
 manumissionem, & has concomitantem fiduciam sustule-
 rit; ast tamen effectum illarum, sc. jus patronatus in libe- 38
 ros competens, nec non tutelam successionemque exinde
 profluentem retinere voluerit; recte asseritur, hanc tu- 39
 telam neque legitimam, (nam jus agnationis erat ruptum)
 neque fiduciariam (nam nulla fiducia in actu emancipa-
 tionis obveniebat) sed naturalem debuisse appellari; nam 40
 affectioni parentalí tribuendum erat, quod pater tutelam
 in liberos emancipatos impuberes nancisceretur, et si in-
 tricata solennitas, quam vetustas efflagitabat, non esset ob-
 servata. Brevi: Nomen hujus tutelæ in legibus nostris 41
 deficit, sed res ipsa in iis satis probatur. Apertiora magis 42
 exempla hujus tutelæ sistit jus Rom. in sua tutela fiducia-
 ria. Continebat illa tres casus juxta *Tit. Instit. de fiduc.* 43
 tut, quos paulo peritus examinasse non pigebit. Primus 44
 erat, si avus nepotem ex filio, quem in potestate habe-
 bat & retinebat, emancipasset, & deinde fato suo fungen-
 ter; post mortem avi pater naturalis accipiebat tute 45
 lam fiduciariam in suum filium impuberem: *v. c. t. voc.*
filiorum suorum. Secundus casus ita avidebat; Ex 46
 tot. *Tit. J. de leg. parent. tut.* haurimus, patronorum
 exemplo receptum esse, quod pater in suos liberos im-

puberes, quos ipse emancipaverat, tutelam legitimam
(quo jure, qua injuria illa sic vocetur, supra n. 29. sq.

47 ventilatum est) habuerit; quod si igitur hic pater ad plures abiret, & hi liberi nondum per aetatem se defendere poterant, cæteri defuncti filii in fratres & sorores emancipatas fiduciariam exercabant tutelam, vid. c. t. voc.

48 *vel fratriis vel sororis.* Tertius casus sequens erat:
Si in modo allegato exemplo pater nullos alios liberos reliquisset, patris frater s. patruus in fratriis sui prædefuncti liberos ejusmodi fiduciariam tutelam adipisciebatur,

49 c. t. voc. *vel ceterorum.* Conf. VINNIUS Comment.
ad Inst. LUDWELL Exercit. ad Inst. PEREZ Erotem. ad
Inst. B. MENCK Tabb. ad Inst. omnes quidem ad Inst. Tit.

50 de Tutel. fiduc. Nunc ad rem: Videndum est, quales
51 fuerint isti tutores? Erant minime legitimi, nam per eman-

cipationem omne agnationis jus perierat, §. fin. I. de leg.

52 *agn. tut.* non erant quasi legitimi, sive ad exemplum LL.
XII. Tabb. introducti, ibi enim requirebatur, quod tu-

tiores ad hereditatem futuram vocarentur, ut de patrono

53 & liberto legimus. Nunc vero vetustioris juris Rom.
gnaros haud fugiet, eo jure neque patrem, neque fra-

trem filiorum aut fratum emancipatorum legitimos ha-

redes fuisse, v. l. i. unde legit. I. 5. und. cognat. §. 1. I. de

54 leg. cogn. success. ergo etiam non tutores legitimos. Cum
igitur hi homines ad nullam tutelæ speciem poterant re-

55 ferri, nomen aliquid subsidiarium est cogitatum, sc. fidu-

carium, quod tamen originem plane non a fiducia, cu-

56 jus supra mentio injecta est, trahit, sed potius respectum
ad plane singularem confidentiam, quam a natura con-

jun-

juncti inter se invicem fovere possunt, habet. Sed, quæso, 57
 quid hoc aliud est, quam mea tutela naturalis? Impera- 58
 tor enim hæc omnia sanciens, naturale amoris vinculum,
 quod inter patrem & filium, & inter duos fratres, quo-
 rum unus per emancipationem jus familiæ perdiderat, nec
 non inter patruum & nepotem ex fratre erat constitutum,
 respiciebat; &, quia jura sanguinis nullo jure dirini pos-
 sunt, *J. ult. J. de leg. agn. tut. l. 8. de R. J.* tantum de pa-
 tre & fratre & patruo concipiebat spem, ut, et si commo-
 do successionis non alicerentur, tamen in persona impu-
 beris defendenda & bonis suis administrandis illos diligen-
 tissimos & fidelissimos præsumeret. Et hæc est illa fidu- 60
 cia, a qua tutela fiduciaria nomen sumvit, quæ ideo, si
 scapham scapham nominare velis, est tutela Naturalis.
 Hæc autem de jure Institutionum sum philosophatus, 61
 quorum utilitas in praxi hodierna utique cessat, cum ad
 Jurisprudentiam Rom. antiquam pertineant; hæc enim 62
 omnia ab ipso Justiniano sunt mutata; Cum nempe ab 63
 illo omnia jura agnationis & emancipationis in successio-
 ne sint antiquata, *Auth. in success. C. de suis & leg. hered.*
Auth. Cessante & Auth. post fratres C. de leg. hered. atque 64
 pater non minus ac fratres per *Nov. 118.* ad successionem
 semper vocentur, etiam hi omnes erunt tutores legitimi,
 i. e. ob rationem *LL. XII. Tabb.* quæ est spes successionis,
 admissi; nec obstat, quod iure Saxon. in tutelæ doctrina 65
 agnatorum & cognatorum adhuc sit differentia *L. R. Lib.*
I. art. 23. Weichbild art. 49. nam cognati non plane ex- 66
 cluduntur, ut veteri jure Rom. sed tantum agnatis postpo-
 nuntur. Ut autem aliquid in praxi obveniens inferatur, 67
 haud inconcinne subiectitur questio, quidnam mores ho-
 dierni

* * * * *

68 dierni de casibus antea allatis statuant? Et sicuti de fratribus, patruis & cœteris agnatis & cognatis sine hæsitatione omnes affirmant, quod, quamvis multiplices emancipationes intervenerint, tamen hoc neque in hæreditate consequenda, neque tutela committenda attendatur, sed
69 his personis semper tutela legitima competit; ita de legitima parentum tutela aliquando valde dubitatum esse
70 memini, an sc. illa hodie statuenda sit? Ut affirmantibus
71 accedam, tres præsertim casus urgent. Prior fundat se in expressa emancipatione, quæ hodie quidem fere rarior,
72 sed tamen aliquando necessaria est. Nam si pater cum filio suo impubere contractum celebrare velit, illa minime negligenda erit, ne alias actus nullitate laboret. B. BEYER pos. ad Inst. Tit. quib. mod. P. P. solv. in not. lit. a. add. Dn. de BERGER oec. Jur. L. I. Tit. 3. §. 16. p. m. 155. sq.
73 Idem tenendum de casu, si consuetudine loci id postulante pater secundas nuptias celebraturus partem bonorum illi addicat, qua de re vid. Dn. de BERGER l. c. n. 3. p. m. 157. STRYK. Us. Mod. Tit. de Adopt. §. 25.
74 Quando igitur hæc emancipatio obvenit, filius e potestate patria dimittitur, alius autem tutor illi ad hunc actum constituitur; finito tali actu officium hujus tutoris temporarii cessabit; filius autem impuber, qui nunc homo sui juris est, in legitimam parentis sui tutelam cadit, prout simile quid aperte deciditur in tot. tit. Inst. de Leg. par.
75 tutel. Posterior casus sic se habet: Si avus, qui filium & simul nepotem ex eo prognatarum in potestate habet, nepotem impuberem emancipet, sed filium in potestate retineat, postea autem diem supremum obeat; emancipatus nepos non quidem in naturalis sui patris potestatem recidet,

recidet, bene vero in tutelam legitimam veniet, quæ
 merito hoc nomine insignitur, quia pater per *Nev.* 118.
cap. 2. commodo successionis fruitur. Tertium exem- 78
 plum obvenit in adoptione plena. Quod si enim avus 79
 paternus aut maternus nepotem ex filio filiave conceptum
 adoptaverit; vinculum P. P. in patre naturali desinit, & 80
 in avo ob concurrens naturale & civile jus incipit, §. 3.
J. & l. pen. C. de Adopt. Avo igitur adoptante mortuo, 81
 adoptatus non quidem in patriam potestatem, sed tamen
 in tutelam legitimam parentis sui recidet. Hæc quidem 82
 omnia secundum juris normam exacte sunt ordinata, sed
 praxin hosce casus ob expressæ emancipationis & adoptio-
 nis infrequentiam progignere, &, si forsitan progignat, ta- 83
 men hæc, quas insipide vocat, subtilitates negligere, no-
 lens volens confiteor. Nunc e diverticulo in viam. Oc- 84
 cupatus hactenus sui in exemplis tutelæ naturalis e jure
 Rom. eruendis; reperi unum alterumve, sed novissima 85
 Justiniani legislatio voluit, ut omnes hæc species tutelæ sub
 legitimarum denominatione nobis innotescerent, idque 86
 fecit ob successionem his tutoribus omnibus largiter con-
 cessam. Progredior itaque, & ex hodierno jure exem- 87
 pla tutelæ naturalis colligere studeo. Aliud autem jus 88
 in Civilibus aliud in Feudalibus observatur, utrumque
 igitur est perlustrandum. Quod igitur jus hodiernum 89
 civile attinet, ex illo difficillime exemplum excuspi po-
 terit, ubi alicui tutela non ob spem successionis sed ob
 merum præsumptum naturalem amorem confertur. Mul- 90
 ta sane spuria exempla obveniunt, quæ vero, re accura-
 tius pensata, non admittenda sunt. Occurrit autem tu- 91
 tela materna, quæ vero huc perperam refertur. Nam 92
 et si

- et si cum multis, v. g. LUDWELL *Exercit.* ad *Inst. III.*
 th. 4. lit. d. clamitare velis, matrem & aviam ob singula-
 rem affectionem, quam erga liberos habere intelligun-
 tur, ad tutelam admitti ob arg. l. 14. C. de his, qui accus.
 93 poss. tamen huic argumento omnis probandi nervus de-
 est, nam refragatur Nov. 118. c. 5. quæ istis personis NB.
 juxta hæreditatis ordinem tutelam suscipere permittit, &
 94 talem tutelam ad legitimam refert, et si cum munus tuto-
 rum alias sit virile, l. i. C. *Quand. mul. tut. off. fung. DD.*
 95 illam merito *extraordinariam* appellant. Non tamen
 inficias ivero, sapius matrem tutricem naturalem, abusi-
 ve tamen appellari, ut ex RICHTER, Vol. I. p. 4. cons. 12.
 96 37. annotat SCHILTER. Ex. ad ff. 37. §. 46. imo, cum
 hæc tutela materna a ceteris legitimis in aliquibus differat,
 v. g. quod tantum a volente matre suscipiatur, Nov. cit.
 97 Nov. 94. c. 2. utique non temere aliquis putare posset, af-
 fectionem a matre exspectandam fundamentum hujus tu-
 98 telæ existere. Sicuti autem in matre, ita quoque in alia
 muliere, si tutelam per dispensationem principis consequa-
 99 tur, (id quod fieri posse per l. fin. ff. de tutel. patet) hanc
 100 tutelæ naturalis speciem non inveniri existimo; et si enim
 sine dubio amor erga pupillum exhibendus principem in-
 citare possit, quod petitis deferat, tamen cum id per mo-
 dum privilegii efficiatur, ad nullam tutelæ speciem referri
 101 debet. Porro causæ, ob quas alicui hereditas, ut indigno-
 aufertur, nec non causæ exheredationum, prima facie op-
 102 tam suppeditare videbantur segetem, quia ibi pater com-
 modo successionis privatur, adeoque non ob spem illam
 103 tutelam gerit. Sed, ut taceam, semper hic expressam
 emancipationem, quæ, ut supra monui, rara avis est, præ-
 suppo-

supponendam esse, quia tacita in impuberis nunquam cadere potest; etiam exempla exinde desumpta suis mendis non destituuntur. Quod igitur causas, ob quas ali- 104
 cui, ceu indigno, hereditas afferatur, concernit, præcipue
 hoc spectant ea, quæ delictum, in defunctos commissum
 punire intendunt, v. g. si quis insidias vitæ struxerit. Sed 105
 hoc casu patri, qui patrium animum plane exuit, nullum
 prorsus tutelæ genus, & minime nostra tutela competit.
 Quod si forsitan etiam aliud exemplum ad pupillum ejus- 106
 que patrem quadraret, tamen poena tandem, i. e. abla-
 tio hereditatis, post mortem pupilli demum, uti tutela 107
 ipso jure evanuit, dictatur; & pater sine dubio se spe 108
 dulci lactavit, filium aliquando delicta esse remissurum;
 Idem fere dices de causis exheredationum; Si enim illæ 109
 sint tam acres, ut proter eas quoque hereditas ab intesta- 110
 to delata eripiatur, tunc decisio ex superioribus patebit;
 sin sit alia, res sua non caret difficultate. Nam illæ causæ 111
 in favorem filii sunt introductæ, qui vero demum annos 112
 pupillares egressus testamenti condendi facultatem nanci-
 scitur; antea vero sciri non potest, annon filius patri omnia
 condonaverit; & sic interim successio ab intestato salva 113
 manebit, & ob spem succedendi adest tutela legitima.
 Quod si etiam hoc ad patrem curatorem applies, filius 114
 quidem minor testamentum faciet, sed ante mortem, per
 quam cura desinit, tenor testamenti ne minimi fuit cognitus; 115
 & pater interea semper spe hereditatis allectus legitimam
 exercuit tutelam, non naturalem. His igitur omnibus 116
 remotis tandem verum exemplum tutelæ naturalis pro-
 ponam, in usu rerum tamen non adeo frequens. Fac 117
 sc. Titium filium a patre Cajo in teneris annis esse expres-

se emancipatum; fac, Cajum aliquid exheredatione dignum perpetrasse, fac, Titum in minorenitate sua testamentum condere, & patrem rite exheredare, fac præfertim, Cajum hæc omnia scire, fac denique, eundem Cajum nihilominus curam filii sui gerere, & omnibus aliis anteferri velle; & habebis genuinum tutelæ naturalis exemplum. Cum autem hoc exemplum forsan lusus ingenii reputari possit, illi sane mare arare videntur, qui exemplum ex his materiis extorquere volunt. Fallor? an illi meliora fata patiuntur, qui in patre, filii sui spuriæ tutores, exemplum tutelæ naturalis agnoscunt. Equidem M E V. P.3. Dec. 262. exemplum refert, quod pater ad filii naturalis tutelam recipiendam sit coactus, sed vocat eam legitimam, quia per Nov. 89. c. 3. & Auth. licet C. de natural. lib. pater commido successionis, restrictæ tamen, fruatur; Sed hæc ratio maxime displicet, suaque falsitate premitur. Quamvis enim allegatis legibus M E V. sententiam suam suffulcire velit, tamen illæ semper loquuntur de liberis ex concubina natis, qui *ναρ' εξοχὴν* naturales vocantur, & a spuriis differunt, §. 12. §. 13. §. de nupt. Cum autem hodie per totam Christiani orbis approbationem status concubinatus evanuerit; etiam liberi naturales cessant, & spuriæ modo hoc, modo isto nomine insignintur. Etsi enim communis DD. schola doctrinam Nov. cit. 89. in compendiis suis tradat, insuper quoque B. BEYER ad Inst. Tit. de succ. ab intest. pos. 50. haud obscure differentiam horum nominum admittit, prouti sc. pater probabiliter certus sit, vel non sit; tamen potius cum STRVK. U.M. Tit. de his, qui sui vel alien. jur. §. 7. fatendum est, quod hodie per Ref. Pol. de an. 1548. Tit. von leichtfertiger Beyz.

Beywohnung, aliasque sanctiones publicas, simul cum concubinatu, etiam naturalium liberorum honestior conditio fuerit sublata. Hæc si ita sint, pater spuriis non succedit, ergo nec est illorum tutor legitimus, e contrario mater, quæ succedit, l. 2. und cognat. tutrix vocabitur legitima. Sed pone casum, quod pater, deficiente tutela materna, filio suo spurio se tutorem constitui petat; poteritne a tutela repelli? Minime, sed præ omnibus admittendus est; & hæc erit species tutelæ naturalis, quia enim natura illum patrem fecit, æquitas, etiam erga delinquentes paululum indulgentior, efflagitat, quod primus omnium tutelam habeat. Sed an poterit cogi? Non putarem, tutela enim hæc nemini invito imponitur, sed, in affectione naturali se fundet, etiam ex spontaneo amoris motu suscipiatur necessè est. Linquo autem Jus Civ. hodiernum, quod mihi vix & ægre bina exempla præbere voluit. Vertor ad Jus Feudale, feliciori forsan fidere. In feudalibus enim iste quoque tutor legitimus vocatur, ad quem spes successionis pertinet, ut sunt agnati, simultanei investiti, & in subsidium dominus directus; illi sc. juxta ordinem successionis quoque ad tutelam pervenient. SCHNEIDEWIN. & B. MENCK. ad Inst. Tit. de leg. patron. tut. SCHULTZ. Syn. Inst. de leg. agn. tut. lit. b. in fin. Ubi igitur tutores necessario præ aliis admittuntur, non ob rationem succedendi, sed peculiarem sanguinis affectum, ibi semper tutelam naturalem adesse existimo. Primum autem hujus assertionis exemplum habebis in matre, quippe quæ, ceteris in jure Civ. hac de re sanctis etiam hic observandis, præ ceteris agnatis ad tutelam liberorum impuberum vasallorum, non solum quoad res

- 139 allodiales, sed quoque feudales, aspirare potest. Non quidem unam ob causam mater a successione feudali excluditur; sufficit, quod sit feminia, quæ regulariter feudum non possidet. 2. Feud. 8. §. 2. Vis tamen & ratio sanguinis apud JCTos tantum valet, ut neque in feudis minoribus, neque in ducatibus & principatibus matri & aviabus tutelaris potestas denegetur, prouti
- 140 ex probatissimæ auctoritatis scriptoribus ROSENTHAL Cap. 12. concl. 10. n. 20. SCHRADER Part. 10. Sect. 19. n. 26. PÜHEL de Tutele elect. & princip. c. 5. n. 22.
- 141 hoc docet STRYK. E. J. F. C. 7. qu. 16. Consentit GEBAUER ad Inst. Feud. SCHILT. c. 6. §. 3. lit. a. B. HARTUNG Jurispr. Feud. Sect. II. membr. 1. tit. 16. §. 7. Dissentit STRUV. Ipr. R. G. F. L. I. T. 17. §. 5. in fin. add.
- 142 STRYK. U. M. Tit. de legit. tut. §. 20. sq. Caveas tamen hoc extendas ad Electores impuberes; in illis enim juxta AUR. BULL. C. 7. §. 4. tantum patruis aut alii proximi agnati tutores evadunt. Præterea quoque hoc loco non prætermittendum, quod in Sax. El. proximi successores feudales ejusmodi tutricibus adjungi soleant. SCHILTER. Ex. ad ff. 37. §. 57. B. HORN. Jurispr. Feud. C. 9. §. 16.
- 143 HARTUNG l.c. §. 10. Aliquid forsitan quoque ad rhombum faciunt consiliarii eum in finem in tutelis majoris momenti constituti, Vermundschaffts Käthe dicti. Quod autem hic de feudis attuli, eo magis notandum erit, cum etiam obtineat in rebus liberorum, a quarum successione mater per statuta localia excluditur. STRYK. l.c. §. 30.
- 144 Imo extra Sax. adhuc alias datur casus, si sc. mater per substitutionem pupillarem expressam a liberorum successione excluditur, nam tunc nihilominus tutela matris in libe-
- 145

liberos competit, quia remanet naturalis mātris erga li-
 beros charitas. MENOCH. de arbitr. jud. qu. Lib. 2. cent.
 2. cas. 150. n. 37. SURD. Conf. 428. n. 3. Hunc vero ca- 149
 sum in Sax. non obvenire ex P. III. C. El. 8. patet, nec
 quoque extra Sax. tale quid in substitutione pupillari ta-
 cita est statuendum, CARPOZOV. ad. cit. Conf. def. 2. Ha- 150
 ctenus de primo exemplo. Secundum offenditur in
 ascendentibus masculis. Finge easum, quod pater habe- 151
 at filium, qui, cum principis gratia feudum illi contulif-
 set, pr̄maturo fato eripitur, sed filium relinquit, eum-
 que impuberem, simul quoque alios simultaneo investi-
 tos. Nunc quæritur, quis hujus pupilli tutelam accipere 152.
 debeat? Quamvis autem nullus casus adsit, ubi avus suc- 153
 cessionis jure gaudet, quales DD. Feudistæ, v. g. HAR-
 TUNG l. c. sc̄ff. II. membr. 2. Tit. 13. §. 52. recensent, sed 154.
 potius juxta 2. F. 50. successionis feudalis sit natura quod
 ascendentes non succedant; tamen ob pr̄sumitam pieta- 155.
 tam avus ceu naturalis tutor pr̄ reliquis est anteferen-
 dus, uti hoc admittit HARTUNG. S. II. membr. 1. Tit.
 16. §. 7. Tertium exemplum in patre occurrit. Finge ca- 156
 sum, quod pater vasallus delictum feudale non quidem
 in domini directi personam, sed alium commiserit, v. g.
 convasallum prodiderit, 2. F. 37. & propterea pœnæ loco
 feudo sit privandus. Quia igitur in Sax. nostra per P. III. 157
 Conf. Elec̄t. 27. expresse sit cautum, quod tali casu feu-
 dum, non ut quorundam v. g. STRUV. S. J. F. C. 15. th.
 14. Et 15. opinio fert ad dominum directum, sed ad pro-
 ximum agnatum, qui est patris delinquentis filius, devol-
 vatur; tuue fieri potest, ut ceteris paribus pater natura- 158.
 lem tutelam adipiscatur. Dico: ceteris paribus: nam 159
 termini.

termini habiles sunt præsupponendi , ut vel pater ipse
 filium prius , vel post , quam delictum esset commissum ,
 expresse emancipaverit , vel filius jam antea ab avo , in cu-
 jus potestate simul cum patre erat constitutus , ex illa sit
 160 dimissus ; alias enim patri jure patriæ potestatis , & non vi
 161 cuiusdam tutelæ administratio feudi competenteret . Et hæc
 pro afferenda tutela naturali conglomerare valui , tenuia
 quidem , exilia , &c , si tutelam muliebrem feudalem exci-
 162 pias , in praxi per seculum vix semel obvia ; non tamen
 plane spernenda , si accuratam loquendi rationem adhi-
 163 bère velis ; singulas autem res singulis appellationibus
 distingui est commodum , § . 5. *Instit. Quib. mod. test. in-*
 164 *firm.* allegata autem exempla neque ad testamentariam ,
 neque ad aliam tutelarum speciem pertinere , certo cer-
 165 tius est ; sane ad legitimam trahi non poterunt , quia ra-
 166 tio legis , i. e. successio semper deficit . Ceterum si de
 qualitatibus hujus tutelæ naturalis aliquid addendum sit ,
 167 pauca notatu digna obvenient ; nam plane eadem , qua
 tutela legitima natura gaudet , unde præ dativa sibi locum
 168 vindicabit ; imo quoque talis tutor naturalis aliis legitimis ,
 qui sc. remotiores quidem , sed tamen successionis capaces
 169 sunt , merito est præferendus . E contrario hunc tuto-
 rem naturalem testamentario & pactitio postponendum
 ene omnino assero .

CAPUT II. De tute Saxonicō ex L. R.

Lib I. Art. II.

SUMMARI A.

Connexio. 1. Textus L. R. L. I. art. II. allegatur. 2-6.

Quo

Quo jure pater bona liberorum suorum administret,
late disquiritur, 7--26. Carpz. doctrina de tute
naturali recensetur, 27--33. Et refutatur, 34--37.
Formula practicorum: in natürlicher Wormund-
schafft, adducitur, 38---40 excusatur, 41---43.
Et refutatur, 44---48. Ratio Et methodus dicen-
dorum, 49---50. Pater itaque I.) incipit administrationem post mortem matris, 51---54 nisi sit ademta, 55---58 non conficit inventarium, 59---65 bene tamen designationem rerum, 66---68. Quid si pater secundas nuptias contrahat? 69---73. Se-
curitatē liberis præstar, 74---77 jure cit. 78---85 Et Sax. 86---88. Quid si pater sit pauper homo? 89---91. II.) Gerit ipsam administrationem, 93---96 tam in extrajud. 97---99 quam judicialibus, 100. 101 non autem alienat, 102---105 habet tamen usumfructum, 106---109 nisi sit ademta. Cas. I. 112---117. 2.) 118. 119. 3.) 120. 121. Quæ sit natura ususfructus? 122---127. non reddit rationes, 128---130. III.) Amittit hanc administrationem, 131---134 α) per mortem filii, 135---137 an etiam bodie? 138---143 β) emancipationem expressam, 144---150 Et raci-
tam, 151---158 quæ non invito patre fieri debet. 159---162. An ademta administratione ademta
sit ususfructus? 163. 164. Conclusio. 165. 166.

Tango materiam, quæ totius speciminis exhibendi
ansam præbuit. Legitur sc. in jure veteri Sax.
Land R. L. I. art. II. textus, ubi pater, bona li-
berorum materna post obitum matris administrans tutor

G

nuncu-

3 nuncupatur. Verba legis apponere utile videtur: Holl-
 det ock eyn Vader seine Kinder in Vormundeschop ra-
 erer Mōder Tode, wan se sick van eme scheidet, he sal
 4 en weder laten aler Mōder Gut &c. i. e. Hält ein Va-
 ter seine Kinder in Vormundschaft nach ihrer Mutter
 Tode, wenn sie sich darnach von ihm scheiden, er soll ih-
 gnen lassen, und geben alles ihrer Mutter Gut. Cum igi-
 tur non desunt, qui in hoc textu peculiare tutela natu-
 ralis exemplum laters credunt, in Cap. præc. monstravi,
 6 quisnam tutor hoc nomine sit appellandus, ut eo aper-
 tius videri possit, hunc textum plane aliud quid involve-
 re, quem in finem quoque indolem tutoris, quem cita-
 7 tus textus indigitat, pluribus persequutus sum. Antequam
 autem ulteriorem disquisitionem aggrediar, non extra
 oleas vagari mihi videor, si ad illustrandum hoc Cap. in
 Synopsi quadam tradatur, quo jure pater bona liberorum
 8 suorum moderari queat; non una enim species bonorum
 filiissam. adscribitur, in quibus tamen recensendis &
 9 scribendis nemo meam oppellam exquiret; in hoc enim
 ad naufragium usque, non tamen sine multisfaria dissensio-
 ne DD. in Commentariis ad tit. J. Per quas pers. nob.
 10 acq. Et tit. ff. de pecul. desudaverunt. Meum tantum
 erit, patrem hæc talia bona ex diversis tamen juribus ad-
 11 ministrantem in scenam producere. Quod igitur bona
 castræ (de bonis autem quasi castræ, nec
 non adventitiis irregularibus, quæ quidem hoc
 respectu eodem censentur iure, idem judicium esto)
 12 concernit, de iis talem casum fingam: Titius juvenis ca-
 stra sequitur, ibique tam arctam cum commilitone con-
 trahit amicitiam, ut, cum mors inopina svavem familia-
 ritatis

-1000-

ritatis nexum inexorabili falce dissecet, in ultimum amoris documentum omnes defuncti facultates per testamen-
 tum accipiat; desuper vero illi controversia in judicio
 decidenda movetur; quamvis autem alias iste Titius intui-
 tu horum bonorum pro patrefam. habeatur, l. 2. ff. ad
 SCtum Maced. ramen quia majorenitatis annos nondum 13
 superavit, in judicio standi personam non habet, adeo-
 que curatore indiget. Et tunc pater erit legitimus cura-
 tor, & sub tali nomine comparebit. Merito patrem voco 15
 curatorem legitimum, quia ille in casum mortis filii heri-
 ditudinem ab intestato nanciscitur. Non igitur placet sen-
 tentia B. MENCKEN. Theor. § Prax. Pand. Tit. de pe-
 cul. §. 3. § Ill. de BERG. Oec. Jur. L. II. T. 2. §. 33.
 n. 10. qui asserunt, patrem hic proprie in natürlicher
 Vermundschafft agere, nisi forsitan hanc vocem genera-
 liissimo sensu & pro ipsa tutela legitima sumere velis, uti
 initio Cap. I. monui. Mitto bona castrensa, & qua 19
 illis sunt æqualia, atque pervenio ad bona *profectitia*.
 Sed hæc non cadunt in meditationes meas: dominium e-
 nim eorum semper apud patrem remanet; & ea propter, 23
 si forsitan pater illorum nomine in judicio certet; neque
 ex patria potestate, neque ex tutela quadam, sed ex pro-
 prij jure, i. e. dominio se legitimabit. Superfunt bona 24
adventitia regularia, in quibus administrandis, nec
 non utendis fruendis eximius P. P. effectus perspicitur.
 Habes hic B. L. doctrinam hanc sine fuso quidem, sed 25
 distincte prolatam, quod sc. pater respectu liberorum
 suorum & illis competentium bonorum, modo domi-
 num, modo tutorem curatoremve, modo patrem jure
 P. P. fulgentem se exhibeat. Utilitatem hujus distinctio-
 nis,

nis, si quis inficiari velit, cogitet nominatis personis ju-
 ra inter se plane diversa competere, quæ minime con-
 fundi debent. Aliud tamen placuit principi JCTorum
 SAX. CARPZOVIO in Proc. jur. Tit. 5. art. 3. n. 11-17.
 Ille enim patrem, circa bona suorum liberorum, qua-
 liacunque sint, versantem, vocat *tutorem naturalem*,
 illique tribuit has prærogativas, quod 1.) is sine tutorio
 & confirmatione judicis possit nomine filii comparere,
 29 loc. n. 12. 2.) non cavere teneatur, n. 15. & 3.) a red-
 30 ditione rationum sit liber, *ibid.* Ast hæc sine discrimi-
 ne haud admitti possunt, euidem quoad primum esse
 31 etum Papiniano SAX. lubens assentior, quia assertionem
 suam non solum auctoritate illustrium judiciorum SAX.
 32 roboravit, sed & ratio adjecta haud displicet, quod sc.
 cum alias tutoria eum in finem exhibeantur, ut judicii
 constet, hunc esse pro tute declaratum, hic natura ipsa
 ostendat, patrem tutelam liberorum suorum habere
 33 debere; cui & accedit, quod pater pro liberis etiam
 majorenibus vi præsumti mandati, cæteris requisitis
 observatis, in judicio admittatur. add. O. P. S. vet. T.
 34 17. §. 2. *E* Declar. ad c. t. §. 3. Ast quoad secundum
 & tertium effectum divorcium a CARPZOVIO facio, quia isti
 tantum ad bona adventitia, & quidem regularia, ubi sc.
 jus P. P. se exserit, sunt referendi; idque ob leges ab ipso
 35 CZ. allegatas. l. 6. pr. *E* §. 2. C. De bon. quæ lib. sicuti
 etiam ipsi CZ. n. 15. tale quid in rationibus reddendis
 36 statuit. Cum autem haud obscure hos effectus quoque
 ad cætera peculia extendere velit, hoc ob Auth. *Excipi-*
 37 *tur.* *E* Avth. Item. C. c. r. negatur, & potius concluditur,
 quod pater, qui est tutor vel curator legitimus, præ cæ-
 teris

teris tutoribus nullo jure peculiari gaudeat, sed ad similia præstanta teneatur, excepta solum tutorii imperatio-⁸⁴
ne. Nihilominus tamen, quicquid sit, doctrina Carp-³⁸
zoviana dubio procul errorem causidicorum peperit, qui
plerumque, si patri liberorum nomine in judicio agenti ³⁹
vel excipienti patrocinentur, positionum judicialium ru-
bricas sic formare solent. Es erscheinet N. N. in natür-³⁹
licher Vormundschafft seiner Kinder, cum tamen genius ⁴⁰
indolesque tutelæ naturalis ignoretur, & potius patri vel ex
jure P. P. vel tutelæ legitimæ facultas agendi concedatur.
Solaminis & forsitan excusationis loco isti causarum patro- ⁴¹
ni allegare possunt; quod vocabula; *Tutor & cura-*
tor legitimus, in vernaculo idiomate non satis concin-
ne, aut saltem non juxta stylum fori consuetum per:
Rechtinäßig possint exprimi, sed potius per vocem: ⁴²
Natürlich, adeo ut iterum generalissimam hujus vocis
significationem sibi vindicent. Multo melius ipsis con- ⁴³
sulitur, si dixero, eos allusionem habere ad tutorēm Sa-
xonicum, cuius mentionem facit textus supra ex L. R.
allegatus, & per quem nemo, nisi pater post mortem
matris liberorum bona materna administrans intelligitur;
Quo jure vero id defendi possit, vix dicere audeo nam ta- ⁴⁴
lem administrationem potius patriæ potestati, si liberi ad-
huc sub ea sunt constituti, ob l. 6. §. 7. & l. fin. §. 3. C.
De bon. que lib. & tunc demum tutelæ curæve legitimæ, ⁴⁵
si sint emancipati, ob l. 5. C. *De dot.* §. 6. J. quib. mod.
jus patr. pot. & t. t. J. *De leg. par. tut.* esse adscriben- ⁴⁶
dam; adeoque in priori casu voces: *tutela* & *tutor*
abusive adhiberi jam aliquoties monui, & affirmat SCHILT.
Ex. ad ff. 37. §. 46. Addesis HOPP. ad Tit. J. *de leg.* ⁴⁷
par. tut. qui formulam quoque supra citatam hodiernis

moribus invaluisse tradit, aut potius conqueritur. Conf.
 48 quoque *Ill. Dn. LEYSER Spec. ad ff. 164. Vol. 3. med. 1.*
 ubi sic; administratio, ait; peculii adventitii patri com-
 petens non est tutela, sed tamen hoc nomine recte ap-
 49 pellatur. Sed cum contra torrentem niti, i. e. practico-
 rum pennas, una crena gaudentes corrigere minime
 50 consultum sit, hac de re plura verba non faciam; sed
 potius occasionem quædam de patris, bona materna ad-
 ministrantis indole & officio, confarcinandi arripam, ut
 51 sc. intellectus *cir. Art. recte eruatur.* Aggressurus au-
 tem ipsam tractationem, attendo hujus administrationis
 52 *initium, medium & finem*, si modo præniiserō,
 hanc doctrinam abs me quidem ad bona materna tantum
 restringi, quia textus juris Sax. illa potissimum in alle-
 53 gando tute suo respexit; nil tamen obstat, quo mi-
 nus illa ad cætera bona adventitia, quæ forsitan extraneus
 filio, alieni juris homini, reliquit, tutissime trahatur:
 54 Quod igitur *initium* concernit, administratio hæc sta-
 titim patricompetit a morte matris, vel pro re nata, aseen-
 dentium maternorum, i. e. simulac bona ad liberos de-
 55 volvuntur. Cum autem hic nihil difficultatis suboriatur,
 statim palmaria quæstio obvenit, an necessario patri illud
 56 jus relinquatur? Et resp. negando, quia matri intuitu
 bonorum suorum, et si illa legitimæ loco relinquat, patri
 administrationem simpliciter interdicere, & peculiarem
 curatorem a judice confirmandum, constituere licet. v.
 57 Nov. 118. c. 1. Quod autem ademto usufructu non præ-
 cise simul sit ablata administratio, nisi alio insuper curato-
 re dato, assertit *S T R Y K. U. M. Tit. de Usufr. §. ii per*
 58 *l. fin. §. i. C. de bon. quæ lib. l. fin. C. de cur. fur. sed ali-*
enitibod mentio sicut supra malum est. Am ter
auditum

ter sentit P E R E Z ad Cod. c. t. n. II. ob præsumtam testa
 tricis mente, quæ prohibito usufructu etiam admini-
 strationem paternam repudiasse censetur. v. Nov. II. c. II.
 Delatam administracionem alias sequitur confessio inven-
 tarii; sed hæc partim ob reverentiam patri debitam, par-
 tim ob patriam potestatem, partim ob evidentem erga
 liberos affectionis præsumptionem patri remittitur, l. fin.
 §. 4. C. De bon. quæ lib. & de usu Sax. in specie testatur
 M O L L E R ad P. III. C. 25. n. 6. Diff. B R U N. ad l. I. ff.
Uſufruct. quemad. cav. n. 12. sq. Sed quid dicendum
 erit, si in casu supra allato juxta benignorem S T R Y K I I
 sententiam patri administratio sine usufructu committatur?
 Ille quidem a B. L U D O V I C I ad ff. Tit. de pecul. §. 4.
 ad inventarium conserendum condemnatur; sed, cum
 jus expressum desit, non est, quod in illius partes abe-
 am, nisi circumstantia peculiares contrarium omnino
 suadeant. Saltem lex all. fin. §. 4. hoc commodum
 non usufructus perceptioni, sed paternæ reverentia,
 quæ licet isto cessante, tamen cessare non debet, adscri-
 bere voluit. add. C A R P Z. P. 2. C. 10. | def. II. Quicquid
 autem sit, patri semper incumbit, nudam rerum ma-
 ternarum designationem confiscere, ut aliquando illi fi-
 des habeatur; & ea quidem in Sax. juxta Dec. El. Nov.
 67. non debet esse jurata; ex consilio tamen S T R U V. f. 78
 R. G. F. L. I. T. 18. §. 1. utiliter proximi consanguinei
 adhibentur, & ipsa descriptio apud magistratum deponi-
 tur. Non autem laudanda est sententia S T R Y K I I U. M. 69
 Tit. de pecul. §. 7. qui patri ad secunda vota trans-
 uni inventarium aut tamen juratam specificationem
 injun-

70 injungit. (NB.) Nam non solum reverentia filialis, de
 qua supra, per iteratas & saepius frequentatas nuptias
 71 nullo modo potest redimi, sed quoque obstat *l. 4. C. de*
bon. matern. ubi exp. esse leges de bonis maternis latæ,
 secundis nuptiis non obstantibus, suam retinere dicun-
 72 tur firmitatem; adde & hoc, quod secundæ nuptiæ,
 patris præsertim, nostris temporibus nullum mereantur
 73 odium. Hoc sane certum est, quod, si periculum
 dissipationis in patre sit metuendum, inventarium recte
 74 exigatur. *l. 2. C. Qui & advers. quos.* Inventarium lin-
 quo, & converto me ad securitatem, quam pater admi-
 nistrans liberis suis præstare cogitur. Evidem dantur alii
 qui, (inter quos etiam, quod miror, est STRUV. *l. c.*
 §. 2.) qui a patre non prius, quam bona dissipare aut li-
 beris alimenta denegare pater incipiat, cautionem exi-
 75 guint, suffulti forsan lege a Struv. non citata, *l. 6. §. 2.*
 76 *C. de don. que lib.* Simile quid fovent MOLLER ad
 77 *Const. P. III.C. 25. n. 6. & BRUNN. ad l. 1. ff. Usufr. qu.*
cav. n. 18. sq. Sed cum hæc sit periculosa praxis, si
 78 post vulneratam causam remedium queras, optimum cen-
 seo prævalere leges, ubi hypothecæ constitutio a patre
 exigitur, utpote *l. 8. §. 4. C. de sec. nupt.* & *l. 6. §.*
4. C. de bon. que lib. Lex prior quidem in verbis ini-
 87 tialibus

NB.) Si quis ipsum STRYRIUM evolvat, & editionem,
 qua usus sum, in manibus habeat; ille ob sphalma quod-
 dam typographicum suspicabitur, me Strykianis verbis alie-
 nam mentem affixisse. Ast res salva est. Eandem doctri-
 nam proponit JCTUS celebris in *Annot. ad Comp. Laut.*
Tit. de pecul. voc. conficit.

tialibus haud obscure arguit, tempus hypothecæ consti-
tuendæ non nisi ex secundis nuptiis a patre celebratis
esse computandum; sed bene vers: illud etiam Sc. 80
notandus venit, ubi mentione secundarum nuptiarum
detracta, absoluta securitas liberis facienda esse dicitur.
Porro cum in lege posteriori dubitabatur, utrum ab 81
initio, an ex eo tempore, ex quo aliquid male ge-
stum est, hypotheca competit? hoc autem ita deciditur, 82
quod initium gerendæ vel deferendæ administrationis
vel observationis sit spectandum; quapropter evenit, ut 83
cum pater statim post mortem uxoris administrationem
bonorum impetrat, aut potius continuet, etiam statim
hypotheca tacita in omnibus suis facultatibus liberis quæ-
ratur. Sed & aliud pingue privilegium supereft, quod a 84
multis altissimo sepelitur silentio, attamen aperte jacet
in l. 12. §. 1. vers. exceptis C. Qui pot. in pign. quod sc. 85
præter tacitam pignoris obligationem etiam filii jus præ-
lationis habeant, non solum contra credidores paternos,
sed quoque contra ipsam novercam exercendum, quia duo-
bus dotibus ab eadem substantia debitibus ex tempore præ-
rogativa manet. Patrios mores si inquiras, etiam per P. O. 86
S. vet. Tit. 45. §. 2. hypotheca tacita, non tamen pri-
vilegio prælationis fulgens olim liberis concedebatur, quæ
vero cum cœteris in expressam per Decl. ad c. t. §. 1. 87
verb: ingleichen denen Kindern Sc. mutata legitur, insi-
mul quoque ibidem magistratui injungitur, ut sollicitam
hujus rei gerant curam, &, si opes augeantur, major for-
tiorque hypotheca procuretur. Sed quid si pater pau- 89
per existat? Rsp. Administratio illi minimè est adimen-
da; arg. S. fin. J. de susp. tut. vel cur. quia non facul-

90 tates, sed boni mores & bonum propositum ad fidem
 91 conciliandam faciunt, *I. 21 ff. De tut. &c cur.* Accedit
 & hoc, quod *all. O. P. S.* monet, per fidejussores idoneos
 caveri posse, quos invenire patri, pauperi quidem, sed
 92 tamen honesto, haud adeo difficile erit. Sed satis de
 initio administrationis. In medio illius occurunt *onus*
 & *commodum*. *Onus* consistit in labore ipsius ad-
 ministrationis, & præprimis in conservatione bonorum.
 94 Quamvis autem aliorum administratorum, v.g. tutorum,
 officium etiam in rebus augendis occupetur; pater tamen
 tantummodo illud notum: Non minor est virtus, quam
 quæ rere, parta tueri, sibi commendatum habeat, unde,
 95 quod *I. 24. C. de adm. tut. aliæque leges*, quæ de pecunia
 pupillari sub foenore dando, vel alias utiliter adhibenda,
 disponunt, ad patrem administratorem haud pertinent.
 96 Rationem habes in eo, quia pater iisdem juribus, ac ali-
 97 us usufructuarius censetur. Ipsam autem conservationem
 occasione *I. 1. C. de bon. mat.* divido in extrajudicialem
 98 & judicialem. De extrajudiciali lex all. sic loquitur;
 omnem tuendæ rei diligentiam adhibere debent parentes;
 99 ita sc. ut non solum ipsa salva, sarta tectaque maneat, sed
 & tributa solvantur, prouti ex *§. 38. f. De R. D. I. 7. §.*
2. & 3. I. 27. §. 3. I. 64. ff. & I. 7. C. De usufr. aliquis
 luculenter patet, atque regulæ prudentiæ œconomicæ sva-
 100 dent. Magis mihi laborandum est de conservatione ju-
 diciali, vi cuius (liceat iterum verbis *I. 1. C. de bon. mat.*
 uti) pater tenetur, illud, quod jure filiis debetur, in
 examine, i.e. in judicio per se vel per procuratorem pos-
 cere, & sumtum ex fructibus impigre facere, & litem
 inferen-

inferentibus resistere. Confirmatur hoc in *l. fin. §. 3. C.* 101
de bon. quæ lib. & additur, quod, si filius sit justæ axta-
tis, i. e. si non sit impubes, simul ejus consensus haud
negligi debeat, v. CARPZ. *P. II. C. 10. d. 14.* Hæc 102
omnia autem si ita se habeant, sequitur, quod alienatio,
nec non hypothecatio talium bonorum patribus sit inter-
dicta, excepta tamen causa urgente, v. g. inopia alimen- 103
torum, ubi ejus generis bona rite, i. e. solennitatibus
adhibitis, adeoque interveniente judicis decreto alienare
permittitur; *l. fin. §. 5. C. c. l. ibiq.* GOTHOFRED. quam 104
vis si BARTH. Hod. For. p. m. 110. n. c. fides habenda
sit, hodie patribus major potestas circa liberorum bona
sit tribuenda. Hoc onus administrationis vero comitan- 105
tur commoda, quibus cæteri, qui alienæ rei curam ge-
runt, careant necesse est. Duo præsertim pensitabo. Prius 106
& præcipuum est ususfructus, qui patri in maternis bo-
nis competit. Evidem jura Rom. vetustiora hanc acqui- 107
sitionem patri a liberis factam eo extendebant, ut eidem
proprietatem harum rerum adjudicarent, adeoque ple-
nariam de illis disponendi facultatem concederent, *§. I.*
J. per quas pers. cuiq. acq. sed hoc deinde mutatum, ut 108
apud liberos quidem proprietas, sed apud patrem usus-
fructus maneret, *§. c. l. I. §. 2. C. de bon. mat. l. 6. pr.*
C. de bon. quæ lib. ubi quoque ratio dispositionis manife- 109
statur, ut sc. parentibus nihil derogaretur, sed & filii non lu-
gerent, si sua bona ad alios, vel fratres, vel extraneos
transferri aspicerent. Iterum autem quæstio cardinalis 110
suggeritur, an sc. patri hic ususfructus demi possit? Rsp.
affirmando. Tres autem præcipue casus in legibus repe- 111
riuntur,

riuntur, & quidem in Avthenticis cit. leg. 6. subjectis.
 112 Primus, isque forsan plurimum obveniens casus est, si
 mater liberos heredes instituat, ea lege, ne ad patrem
 113 perveniat ususfructus. Avth. Excipitur C. c. t. Hoc ve-
 ro non solum verbis expressis, sed quoque æquipollen-
 tibus fieri posse vult BRUNN. ad l. vlt. ff. de her. pet.
 114 n. 4. Sane quod tale quid, volente licet MEV. P. 7.
 Dec. 356. non in legitima liberis debita sit statuendum,
 115 expediti juris est ob Nov. 117. c. 1; dispositio enim homi-
 116 nis ea, quæ lex sapienter sancivit, evertere non debet. Sed
 quid? si mater quidem marito omnem substantiam reli-
 querit, ea tamen lege, ut liberis, si ad legitimam at-
 tem pervenerint; omnia restitueret; an tunc usumfru-
 117 ctum legitimæ retinebit? Aff. PEREZ ad Cod. Tit. de
 bon. que lib. n. 5. quietiam n. præc. 4. salutariter monet,
 ex facta alienationis prohibitione ususfructus ad emtionem
 118 non transferri. Secundus casus est, quando pater cum
 cæteris liberis ad hereditatem defuncti filii admittitur;
 119 tunc enim non amplius in reliquorum liberorum portio-
 nibus jure ususfructus gaudet. Avth. Item. c. t. Sed de
 120 hoc paulo infra aptius docetur. Tertius denique casus
 est, si pater sine causa legitima matrimonium solvere co-
 gitet, tunc enim liberis ususfructus tribuitur. Avth. Idem.
 121 c. t. ast, cum hodie divortia non privata, sed semper
 publica auctoritate fieri soleant, de hoc casu non sum
 122 auxius. Plura de usufructu non addo, cum sint sere pro-
 letaria. Uno verbo: Sicuti alias usufructuarius, §. 36.
 123 f. de R. D. ita quoque pater omnes fructus percipiendo
 124 suos facit, etiam civiles; sic v. g. pater, si successor em-
 phytev-

phytevseos laudemium solvit, hoc non filio, sed sibi acquirit. FRANTZK. de *Laudem.* C. 7. n. 63. Hoc etiam 125
 praterire nequeo, quod in Sax. El. ob P. II. C. 25. fructuum, qui ex partibus metallicis vulgo Ruckus dictis, proveniunt, proprietas non ad patrem pertineat, sed hic tandem illo casu fructuum fructus lucretur; ipsa vero fors finito usufructu ad liberos perveniat. Non in- 126
 sulse forsan hæc ad thesaurum inventum applicare poteris, arg. l. 7. §. 12. ff. | Solut. | matr. quamvis DD. in 127
 hac materia diverse sentiant, v. SCHNEIDEWIN. ad §.
 39. n. 8. J. De R. D. MOLLER. ad *Const.* 53. P. II. n.
 6. sq. Sed venio ad posterius commodum, quo pater 128
 administrans fruitur, quod sc. rationes reddere non teneatur; id quod, et si in legibus saepius cit. tit. C. De bon. 129
 quæ lib. hinc inde inculetur, tamen inde optime probatur, quod nullus usufructarius ad rationes faciendas obstringatur. Patet insimul, quod si scena inversa pater 130
 non sit usufructarius, sed merus administrator, ille vix ac ne vix quidem ab hoc onere liberetur. Nunc tandem quoque 131
 ad *finem* administrationis, eamque concomitantis usus-
 fructus tendo, ubi, si rem salva sua substantia, vel pro re nata tantundem liberis a patre redi præsupponas, fere nil memoratu dignum occurrit, nisi principalis quæstio; 132
 quando hoc fiat? Et cum nemo ignoret, hæc omnia inter effectus P. P. numerari, valide concluditur, quod, in 133
 quibus casibus ipsum hoc jus solvit, quoque hæc administratio una cum usufructu definit; quia cessante car-
 effectus cessent oportet. Cum autem prolixius de 134
 causis differere abhorream, tantum quadam, qua re-
 gula

- 135 gula deflectere videntur, annotabo. Certum itaque habetur, mortem, sicut omnia, ita quoque P. P. dissolvere,
- 136 & de illius effectibus idem esse pronunciandum. Confirmat hoc supra cit. Avth. Item. l. 6. C. De bon. quæ lib. quæ desumpta est ex Nov. 118. c. 2. vi quorum textuum pater quidem in sua portione, quæ ex defuncti filii bonis
- 137 illi obtinet, proprietatem plenam habet, sed in cæteris portionibus, quas fratres adipiscuntur, usumfructum amittit. Nihilominus tamen contrarium mihi arridet, tum,
- 138 quia non temere recedendum est a communi doctrina, quod sc. ususfructus, qui est jus personale, l. 3. §. ult. ff. De usufr. demum per personæ fruentis mortem extinguitur, §. 3. f. De Usufr. l. 68. § 196. De R. f. tum præser-tim ob l. 1. § l. pen. C. De bon. mat. § l. fin. §. 5. C. De bon. quæ lib. vers. Filiofam. ubi patri, donec vivit, ususfructus conceditur. Dissidentem vero Avth. de filio emancipato mortuo agere scite monet STRYK. U.M. Tit. Quib. mod. ususfr. am. add. Ill. de BERG. Oec. Jur. L.
- 140 II. T. 4. §. 37. n. 6. qui tamen hoc adusumfructum marito Saxonico in bonis uxoris paraphernalibus competen-tem minime trahii debere monet, cum ille morte uxoris
- 141 expiret. De cætero doctrina Avth. cit. in Sax. attendi non debet, quia talis casus ibi contingere nequit, cum ascendentes semper collaterales excludant, L.R. L. I. art. 17.
- 142 Succedit alias finienda potestatis modus, sc. Emancipa-tio, per quam sine dubio etiam connexa cum P. P. eva-nescunt. Sed quid statuendum de præmio expressæ em-patiæ? Illud ab initio quasi pro præstiræ emaci-
- 143 patiæ præmio consistebat in tertia parte bonorum filii,
- 144 quæ

quæ pater sibi habebat; hoc tamen deinde ob graves cau-¹⁴⁶
fas est mutatum, ut pater tantum usumfructum dimidizæ
partis bonorum nanciscatur, §. 2. J. per quas pers. nob.
acq. l. 6. §. 3. C. De bon. quæ lib. Hæc ita sancita sunt ¹⁴⁷
in jure Rom. quæ hodie adhuc valere afferunt HOPP. al
Inst. cit. tit. § Ill. de BERG. O. J. L. 1. Tit. 2. §. 33.
n. 9. ubi vide præjudicium; e contrario hoc negant STRUV. ¹⁴⁸
S. J. C. Ex. 12. th. 5. n. 2. § STRYK. U. M. Tit. de
Adopt. §. fin. Tuta, ut opinor, erit sententia B. BEYERI ¹⁴⁹
ad Inst. c. t. pos. 31. qui ad causam emancipationis &
paæta eidem addita respicere fvatet. Idem tamen Auctor ¹⁵⁰
Del. Jur. Germ. Lib. I. Cap. 26. pos. 81. § L. III. C. 10.
pos. 3. sq. magis in negativam flectitur sententiam, cuius
rationes multum favoris mereri videntur. Sicuti autem ¹⁵¹
hæc doctrina multis premitur dubiis, ita magis claræ sunt
leges de virtuali emancipatione. De jure enim Civ. si ¹⁵²
v. g. filius sumnam patriciatus dignitatem acciperet, §.
4. J. Quib. mod. jus P. P. solv. certum est per leges su-
pra citatas, v. g. l. 1. C. De bon. mater. quod pater usum-
fructum usque ad dies vitæ retineat; has autem legum ¹⁵³
dispositiones in Sax. non observari doceat SCHNEIDEWIN.
ad Inst. Tit. per quas pers. nob. acq. n. 22. Potius ille, ¹⁵⁴
cuius occasione hæc scribo, textus, § R. L. I. art. II.
disponit, quod in tacita emancipatione, si sc. liberi adulti
propriam separataisque habeant oœconomiam, pater ad-
ministrationem una cum usufructu illis tradere teneatur.
Add. P. III. C. 25. in fin. ibique MOLLER n. 5. SCHULTZ
Syn. Inst. Tit. cit. lit. b. Limitatio tamen adest, si pa- ¹⁵⁵
ter adhuc onere alendi vexetur, tunc enim restitutio ad-
ministrationis & ususfructus postulari nequit. MOLLER
ad P. II. C. 10. n. fin. a quo tamenfere dissentit SCHULTZ

l. c.

- 156 *l. c.* De cætero præmium emancipationis hic cessat, *Ill. de BERG. l. c. Ill.* tamen LEYSER *spec. ad ff. 164. Vol IV.*
- 157 *med. 5.* dispositionem juris Rom. de dimidio usufructu relinquendo etiam in tacita emancipatione valere, *ex l. 6. §. 3. C. De bon. quæ lib. ibi: etiam tacenter, evincit,*
- 158 *nec hoc jure Sax.* mutationem adesse existimat, quia de hoc puncto jus patrium nil dispositum. Præterea in quaestione, quæ quoque levi brachio tangenda est, decidera: An talis emancipatio virtualis invito patre procedat? non MOLLERI *l. c. n. 9.* simpliciter affirmantis, sed STRYK *xii opinio, qui U. M. Tit. de Adopt. §. 23.* consensum patris requirit, valde approbatur, modo gravitas eorum, quæ circumstant, aliud non svadeat. MOLLERO tamen consentit CARPZ. *P. I. C. 10. n. 4. & B. BEYER. Del. Jur. Germ. Lib. I. C. 26. pos. 80.* Optimum sane habetur, judicis arbitrio hic aliquid tribuere, STRYK. *l. c. §. 20.* Denique, quod ademta licet administratione non præcise quoque denegatus sit ususfructus, ob favorem, quem omnis pater meretur, tamdiu credo, usque dum contraria matris testaticis mens aperte probetur; alias enim præsumtio propter affectum naturalem facit, omnia aut tamen aliqua patri esse concessa, *l. 28. §. 3. de liber. leg. add. Dn. de BERG. O. J. L. II. T. 3. §. 19. n. 3.* Sed penna fatigata est in indole patris administrandis designanda; meum tantum fuit fusius ostendere, hoc jus ex patriæ potestatis, non vero cuiusdam tutelæ jure esse derivandum, adeoque in textu *L. R. L. I. art. 11.* exemplum tutelæ naturalis minime latere. Sit itaque

D E O


tutori omnium vere naturali.

laus honor & gloria.



Ke 4577

X 2344 780



1 ex. n.
in Ton QK.

UR 990.

dupl. Al



JOANNIS FRIDERICI
Höpners,
OSSIENSIS, J. V. CAND.
SCHEDIASMATA DVO JVRIDICA

DE

TVTELA
PACTITIA
ET DE ~~Re~~ 4577
TVTELA NATVRALLI.

